


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

NOVA ACTA ERUDITORUM

LEIPZIG 1767

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
ERLANGEN-NÜRNBER ZUGRUNDE

SIGNATUR: LTG. IX.88.

N O V A
A C T A
E R U D I T O R U M

AD ANNOS
MDCCLXIV et MDCCLXV.

publicata.

Cum Serenissimi Electoris Saxoniae Privilegio.

LIPSIAE

Prostant apud IO. FRID. GLEDITSCHII et
LANCKISII heredes.

Venduntur etiam Romae apud PAGLIARINOS: Venetiis apud IO. BAPT.
ALBRIZZIUM: Bononiae apud LAELIUM della VOLPE: Parisiis apud
BRIASSONUM: Ultraiecti apud IO. BROEDELETUM: Lugduni Bata-
vorum apud SAM. et IOH. LUCHTMANSIOS: et Amstelodami in
SCHREUDERI et MORTIERII iunior. officinis.

MDCCLXVII.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Ianuar. et Februar. Anno MDCCLXV.

NOVI COMMENTARII ACADEMIAE SCIENTIA-
rum Imperialis-Petropolitanae. TOMUS IX.
pro annis MDCCLXII. et MDCCLXIII.

Petropoli, typis Academiae Scientiarum MDCCLXIV.
Alph. 3. plagg. 3. cum tabb. aen. XI. in 4.

Quod saepenumero in his Eruditorum Actis professi sumus, magnam adferri rei mathematicae inprimis et physicae, his Acad. Petropolit. Commentariis utilitatem, sed geographiae etiam atque historiae, id, perlecto hoc nono Volumine, iterum grati profitemur. Neque potest aliter fieri, in tali doctissimorum virorum Societate, tanta augustissimae Imperatricis munificentia ornata atque nutrita. Igitur operae pretium facturos nos credimus, si, quae hic proponuntur Commentationes, earum Lectoribus nostris Synopsin, quam ipse Editor Volumini praeposuit, tradamus. Sunt autem primum MATHEMATICA. In his

I. De resolutione formularum quadraticarum indeterminatarum per numeros integros, Autore Leonh. Eulero; subtilis disputatio. Consideratio numerorum, etiam si ple-

Hh

risque

risque omni usu tarerè videatur, tamen per se non solum admodum est iucunda, sed etiam animam ad veritatis indagationem non mediocriter acuit, eiusque vires quasi magis intendit. Maxime enim abundat doctrina numerorum veritatibus abstrusissimis, quarum investigatio et demonstratio tantam ingenii penetrationem postulat, ut nunquam cuncta, quae involuit, mysteria erui et explicari posse videantur. Hoc certe eo magis mirum videri debet, quod numeri nusquam per se revera existunt, sed per solam abstractionem in mente formantur, qua primo quidem series numerorum naturalium ab unitate in infinitum progredientium constituitur, tum vero ad intervalla implenda numeri fracti et surdi, atque adeo transcendentis, introducuntur. Quorum generum tractatio etsi ad Arithmeticae referri solet, tamen in hac scientia insignes proprietates, quibus numeri sunt effecti, vix attinguntur, quippe quae vulgo tantum ad usitatas numerorum operationes restringitur. Accuratus autem numerorum natura investigatur in ea Analytice parte, quae ab antiquissimo auctore methodus Diophantea vocari solet, ubi eiusmodi problemata perpenduntur, quae in se sunt indeterminata, atque infinitas solutiones admittunt, ex quibus autem eas elici oportet, quae numeris vel saltem rationalibus, vel integris tantum contineantur. Cuius methodi vis per exemplum clarissime perspicitur. Sumamus, eiusmodi numeros quaeri debere, quorum quadrata duplicata unitate aucta iterum fiant quadrata, seu ut forma $2xx - 11$. extractionem radicis quadratae admittat. Quod si fractiones non excludantur, huic quaestioni facillime satisfit, aequando formulam $2xx - 11$ huic quadrato $(xy - 1)^2$. Quia enim aequatio $2xx - 11 = xx - yy - 2xy - 11$, unitate utrinque deleta, per x divisionem admittit, prodit $2x = xy - 2y$, hincque $x = \frac{2y}{y - 2}$, ubi quicumque numeri pro y accipiantur, sive integri, sive fracti, pro x semper eiusmodi numeri rationales resul-

resultant, quibus formula $2xx - 11$ evadit quadratum, quippe cuius radix quadrata futura $xy - 1$. Qui numeri quo facilius obtineantur, loco y scribi potest fractio $+\frac{p}{q}$,

unde prodit vel $x = \frac{2pq}{pp - 2qq}$, vel $x = \frac{2pq}{2qq - pp}$.

Hic igitur sufficit, pro p et q numeros quoscunque integros accipi, veluti si capiatur $p = 5$ et $q = 3$, prodit $x = \frac{30}{16}$ qui est huiusmodi numerus, ut eius quadratum $\frac{900}{256}$ si duplicetur $\frac{1800}{256}$, et unitas adiciatur $\frac{256}{256}$, summa haec sit quadratum radice existente $\frac{41}{7}$. Verum si pro x tantum numeri integri desiderentur, qui hac proprietate gaudeant, solutio modo data nihil utilitatis adfert, cum pro p et q eiusmodi numeri assumi deberent, ut $2pq$ divisibile fieret per $pp - 2qq$, quod non minus est difficile, quam ipsum problema, de quo agitur. Interim tamen hac conditione adiecta, problema etiamnum recipit innumeras solutiones, et numeri pro x assumendi hac lege procedunt: 0, 2, 12, 70, 408, 2378, 13860, etc. ubi continuo sequens aequatur sextuplo ultimi demto penultimo, cuiusmodi series vocari solent recurrentes; unde evidens est, harum solutionum multitudinem esse infinitam, etiamsi continuo rarius occurrant. Ideoque facile intelligitur, earum inventionem multo magis esse arduam. Cel. Auctor huius dissertationis methodum peculiarem exponit, huiusmodi problema facile resolvendi, quibus in genere omnes numeri integri pro x assumendi quaeruntur, ut haec formula $axx + \beta x - \gamma$ evadat numerus quadratus, dum α, β, γ denotant numeros quoscunque datos. Ubi primo quidem observat, solutionem non succedere, nisi α sit numerus positivus, non quadratus; tum vero necesse esse, ut una saltem solutio iam aliunde sit cognita, cuiusmodi solutio unica statim ac si praesto fuerit, quemadmodum inde omnes reliquae in infinitum inveniri queant, perspicue docet. Cum autem hoc problema

blema iam alibi fit pertractatum, etsi methodo minus commoda, Auctor hic in primis naturam talium problematum accuratius perscrutatur, et criteria elicit, quibus problemata huius generis impossibilia a possibilibus distingui possunt. Denotante scilicet α numerum quemcunque positivum, non quadratum, quia expressionem superiorem semper ad hanc formam $\alpha x x + \gamma$ revocare licet, ostendit, quinam numeri pro γ assumti problema reddant possibile, nec ne. Veluti si sit $\alpha = 3$, notum est, has formulas $3 x x + 2$, $3 x x + 5$, $3 x x + 8$ etc. nunquam fieri posse quadratas. In maioribus autem numeris pro α sumtis hoc iudicium multo magis fit arduum; verum tamen Auctor criteria certissima indicat, quibus in omnibus casibus expedite uti licet, ubi multa, quibus miranda numerorum natura non mediocriter illustratur, occurrunt, et quae in aliis quaestionibus usum insignem habitura videntur.

II. De Progressionibus arcuum circularium, quorum tangentes secundum certam legem procedunt. Auctore *L. Eulero*. Plurimae iam passim traditae sunt methodi, progressionum, in infinitum excurrentium, summas investigandi; in quo Analyseos genere, cum ab aliis, tum a *Cel. Eulero* insignia specimina sunt edita: seriem autem fractionum, continuo decrescentium, etiamsi in infinitum continuentur, summam habere posse finitam assignabilem, adversus difficultates e principis metaphysicis perperam intellectus petitas, nemo nunc quidem amplius in dubium vocare sustinet, veluti ex primis adeo elementis ostendi potest, huius seriei geometricae: $1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{16} + \frac{1}{32} + \frac{1}{64} + \frac{1}{128} + \frac{1}{256} + \frac{1}{512} + \frac{1}{1024} + \frac{1}{2048} + \frac{1}{4096} + \frac{1}{8192} + \frac{1}{16384} + \frac{1}{32768} + \frac{1}{65536} + \frac{1}{131072} + \frac{1}{262144} + \frac{1}{524288} + \frac{1}{1048576} + \frac{1}{2097152} + \frac{1}{4194304} + \frac{1}{8388608} + \frac{1}{16777216} + \frac{1}{33554432} + \frac{1}{67108864} + \frac{1}{134217728} + \frac{1}{268435456} + \frac{1}{536870912} + \frac{1}{1073741824} + \frac{1}{2147483648} + \frac{1}{4294967296} + \frac{1}{8589934592} + \frac{1}{17179869184} + \frac{1}{34359738368} + \frac{1}{68719476736} + \frac{1}{137438953472} + \frac{1}{274877906944} + \frac{1}{549755813888} + \frac{1}{1099511627776} + \frac{1}{2199023255552} + \frac{1}{4398046511104} + \frac{1}{8796093022208} + \frac{1}{17592186044416} + \frac{1}{35184372088832} + \frac{1}{70368744177664} + \frac{1}{140737488355328} + \frac{1}{281474976710656} + \frac{1}{562949953421312} + \frac{1}{1125899906842624} + \frac{1}{2251799813685248} + \frac{1}{4503599627370496} + \frac{1}{9007199254740992} + \frac{1}{18014398509481984} + \frac{1}{36028797018963968} + \frac{1}{72057594037927936} + \frac{1}{144115188075855872} + \frac{1}{288230376151711744} + \frac{1}{576460752303423488} + \frac{1}{1152921504606846976} + \frac{1}{2305843009213693952} + \frac{1}{4611686018427387904} + \frac{1}{9223372036854775808} + \frac{1}{18446744073709551616} + \frac{1}{36893488147419103232} + \frac{1}{73786976294838206464} + \frac{1}{147573952589676412928} + \frac{1}{295147905179352825856} + \frac{1}{590295810358705651712} + \frac{1}{1180591620717411303424} + \frac{1}{2361183241434822606848} + \frac{1}{4722366482869645213696} + \frac{1}{9444732965739290427392} + \frac{1}{18889465931478580854784} + \frac{1}{37778931862957161709568} + \frac{1}{75557863725914323419136} + \frac{1}{151115727451828646838272} + \frac{1}{302231454903657293676544} + \frac{1}{604462909807314587353088} + \frac{1}{1208925819614629174706176} + \frac{1}{2417851639229258349412352} + \frac{1}{4835703278458516698824704} + \frac{1}{9671406556917033397649408} + \frac{1}{19342813113834066795298816} + \frac{1}{38685626227668133590597632} + \frac{1}{77371252455336267181195264} + \frac{1}{154742504910672534362390528} + \frac{1}{309485009821345068724781056} + \frac{1}{618970019642690137449562112} + \frac{1}{1237940039285380274899124224} + \frac{1}{2475880078570760549798248448} + \frac{1}{4951760157141521099596496896} + \frac{1}{9903520314283042199192993792} + \frac{1}{19807040628566084398385987584} + \frac{1}{39614081257132168796771975168} + \frac{1}{79228162514264337593543950336} + \frac{1}{158456325028528675187087900672} + \frac{1}{316912650057057350374175801344} + \frac{1}{633825300114114700748351602688} + \frac{1}{1267650600228229401496703205376} + \frac{1}{2535301200456458802993406410752} + \frac{1}{5070602400912917605986812821504} + \frac{1}{10141204801825835211973625643008} + \frac{1}{20282409603651670423947251286016} + \frac{1}{40564819207303340847894502572032} + \frac{1}{81129638414606681695789005144064} + \frac{1}{162259276829213363391578010288128} + \frac{1}{324518553658426726783156020576256} + \frac{1}{649037107316853453566312041152512} + \frac{1}{1298074214633706907132624082305024} + \frac{1}{2596148429267413814265248164610048} + \frac{1}{5192296858534827628530496329220096} + \frac{1}{10384593717069655257060992658440192} + \frac{1}{20769187434139310514121985316880384} + \frac{1}{41538374868278621028243970633760768} + \frac{1}{83076749736557242056487941267521536} + \frac{1}{166153499473114484112975882535043072} + \frac{1}{332306998946228968225951765070086144} + \frac{1}{664613997892457936451903530140172288} + \frac{1}{1329227995784915872903807060280344576} + \frac{1}{2658455991569831745807614120560689152} + \frac{1}{5316911983139663491615228241121378304} + \frac{1}{10633823966279326983230456482242756608} + \frac{1}{21267647932558653966460912964485513216} + \frac{1}{42535295865117307932921825928971026432} + \frac{1}{85070591730234615865843651857942052864} + \frac{1}{170141183460469231731687303715884105728} + \frac{1}{340282366920938463463374607431768211456} + \frac{1}{680564733841876926926749214863536422912} + \frac{1}{1361129467683753853853498429727072845824} + \frac{1}{2722258935367507707706996859454145691648} + \frac{1}{5444517870735015415413993718908291383296} + \frac{1}{10889035741470030830827987437816582766592} + \frac{1}{21778071482940061661655974875633165533184} + \frac{1}{43556142965880123323311949751266331066368} + \frac{1}{87112285931760246646623899502532662132736} + \frac{1}{174224571863520493293247799005065324265472} + \frac{1}{348449143727040986586495598010130648530944} + \frac{1}{696898287454081973172991196020261297061888} + \frac{1}{1393796574908163946345982392040522594123776} + \frac{1}{2787593149816327892691964784081045188247552} + \frac{1}{5575186299632655785383929568162090376495104} + \frac{1}{11150372599265311570767859136324180752990208} + \frac{1}{22300745198530623141535718272648361505980416} + \frac{1}{44601490397061246283071436545296723011960832} + \frac{1}{89202980794122492566142873090593446023921664} + \frac{1}{178405961588244985132285746181186892047843328} + \frac{1}{356811923176489970264571492362373784095686656} + \frac{1}{713623846352979940529142984724747568191373312} + \frac{1}{1427247692705959881058285969449495136382746624} + \frac{1}{2854495385411919762116571938898990272765493248} + \frac{1}{5708990770823839524233143877797980545530986496} + \frac{1}{11417981541647679048466287755595961091061972992} + \frac{1}{22835963083295358096932575511191922182123945984} + \frac{1}{45671926166590716193865151022383844364247891968} + \frac{1}{91343852333181432387730302044767688728495783936} + \frac{1}{182687704666362864775460604089535377456991567872} + \frac{1}{365375409332725729550921208179070754913983135744} + \frac{1}{730750818665451459101842416358141509827966271488} + \frac{1}{1461501637330902918203684832716283019655932542976} + \frac{1}{2923003274661805836407369665432566039311865085952} + \frac{1}{5846006549323611672814739330865132078623730171904} + \frac{1}{11692013098647223345629478661730264157247460343808} + \frac{1}{23384026197294446691258957323460528314494920687616} + \frac{1}{46768052394588893382517914646921056628989841375232} + \frac{1}{93536104789177786765035829293842113257979682750464} + \frac{1}{187072209578355573530071658587684226515959365500928} + \frac{1}{374144419156711147060143317175368453031918731001856} + \frac{1}{748288838313422294120286634350736906063837462003712} + \frac{1}{1496577676626844588240573268701473812127674924007424} + \frac{1}{2993155353253689176481146537402947624255349848014848} + \frac{1}{5986310706507378352962293074805895248510699696029696} + \frac{1}{11972621413014756705924586149611790497021399392059392} + \frac{1}{23945242826029513411849172299223580994042798784118784} + \frac{1}{47890485652059026823698344598447161988085597568237568} + \frac{1}{95780971304118053647396689196894323976171195136475136} + \frac{1}{191561942608236107294793378393788647952342390272950272} + \frac{1}{383123885216472214589586756787577295904684780545900544} + \frac{1}{766247770432944429179173513575154591809369561091801088} + \frac{1}{1532495540865888858358347027150309183618739122183602176} + \frac{1}{3064991081731777716716694054300618367237478244367204352} + \frac{1}{6129982163463555433433388108601236734474956488734408704} + \frac{1}{12259964326927110866866776217202473468949912977468817408} + \frac{1}{24519928653854221733733552434404946937899825954937634816} + \frac{1}{49039857307708443467467104868809893875799651909875269632} + \frac{1}{98079714615416886934934209737619787751599303819750539264} + \frac{1}{196159429230833773869868419475239575503198607639501078528} + \frac{1}{392318858461667547739736838950479151006397215279002157056} + \frac{1}{784637716923335095479473677900958302012794430558004314112} + \frac{1}{1569275433846670190958947355801916604025588861116008628224} + \frac{1}{3138550867693340381917894711603833208051177722232017256448} + \frac{1}{6277101735386680763835789423207666416102355444464034512896} + \frac{1}{12554203470773361527671578846415332832204710888928069025792} + \frac{1}{25108406941546723055343157692830665664409421777856138051584} + \frac{1}{50216813883093446110686315385661331328818843555712276103168} + \frac{1}{100433627766186892221372630771322662657637687111424552326336} + \frac{1}{200867255532373784442745261542645325315275374222849104646672} + \frac{1}{401734511064747568885490523085290650630550748445698209293344} + \frac{1}{803469022129495137770981046170581301261101496891396418586688} + \frac{1}{1606938044258990275541962092341162602522202993782792837173376} + \frac{1}{3213876088517980551083924184682325205044405987565585674346752} + \frac{1}{6427752177035961102167848369364650410088811975131171348693504} + \frac{1}{12855504354071922204335696738729300820177623950262342697387008} + \frac{1}{25711008708143844408671393477458601640355247900524685394774016} + \frac{1}{51422017416287688817342786954917203280710495801049370789548032} + \frac{1}{102844034832575377634685573909834406561420991602098741579096064} + \frac{1}{205688069665150755269371147819668813122841983204197483158192128} + \frac{1}{411376139330301510538742295639337626245683966408394966316384256} + \frac{1}{822752278660603021077484591278675252491367932816789932632768512} + \frac{1}{1645504557321206042154969182557350504982735865633579865265537024} + \frac{1}{3291009114642412084309938365114701009965471731267159730531074048} + \frac{1}{6582018229284824168619876730229402019930943462534319461062148096} + \frac{1}{13164036458569648337239753460458804039861886925068638922124296192} + \frac{1}{26328072917139296674479506920917608079723773850137277844248592384} + \frac{1}{52656145834278593348959013841835216159447547700274555688497184768} + \frac{1}{105312291668557186697918027683670432318895095400549111376994375536} + \frac{1}{210624583337114373395836055367340864637790190801098222753988751072} + \frac{1}{421249166674228746791672110734681729275580381602196445507977502144} + \frac{1}{842498333348457493583344221469363458551160763204392891015955004288} + \frac{1}{1684996666696914987166688442938726917102321526408785782031910008576} + \frac{1}{3369993333393829974333376885877453834204643052817571564063820017152} + \frac{1}{6739986666787659948666753771754907668409286105635143128127640034304} + \frac{1}{13479973333575319897333507543509815336818572211270286256255280068608} + \frac{1}{26959946667150639794667015087019630673637144422540572512510560137216} + \frac{1}{53919893334301279589334030174039261347274288845081145025021120274432} + \frac{1}{107839786668602559178668060348078522694548577690162290050042240548864} + \frac{1}{215679573337205118357336120696157045389097155380324580100084481097728} + \frac{1}{431359146674410236714672241392314090778194310760649160200168962195456} + \frac{1}{862718293348820473429344482784628181556388621521298320400337924390912} + \frac{1}{1725436586697640946858688965569256363112777243042596640800675848781824} + \frac{1}{3450873173395281893717377931138512726225554486085193281601351697563648} + \frac{1}{6901746346790563787434755862277025452451108972170386563202703395127296} + \frac{1}{13803492693581127574869511724554050904902217944340773126405406790254592} + \frac{1}{27606985387162255149739023449108101809804435888681546252810813580509184} + \frac{1}{55213970774324510299478046898216203619608871777363092505621627161018368} + \frac{1}{110427941548649020598956093796432407239217743554726185011243254322036736} + \frac{1}{220855883097298041197912187592864814478435487109452370022486508644073472} + \frac{1}{441711766194596082395824375185729628956870974218904740044973017288146944} + \frac{1}{883423532389192164791648750371459257913741948437809480089946034576293888} + \frac{1}{1766847064778384329583297500742918515827483896875618960179892069152587776} + \frac{1}{3533694129556768659166595001485837031654967793751237920359784138305175552} + \frac{1}{7067388259113537318333190002971674063309935787502475840719568276610351104} + \frac{1}{14134776518227074636666380005943348126619871575004951681439136553220702208} + \frac{1}{28269553036454149273332760011886696253239743150009903362878273106441404416} + \frac{1}{56539106072908298546665520023773392506479486300019806725756546212882808832} + \frac{1}{113078212145816597093331040047546785012958972600039613451513092425765617664} + \frac{1}{226156424291633194186662080095093570025917945200079226903026184851531235328} + \frac{1}{452312848583266388373324160190187140051835890400158453806052369703062470656} + \frac{1}{904625697166532776746648320380374280103671780800316907612104739406124941312} + \frac{1}{1809251394333065553493296640760748560207343561600633815224209478812249882624} + \frac{1}{3618502788666131106986593281521497120414687123201267630448418957624499765248} + \frac{1}{7237005577332262213973186563042994240829374246402535260896837915248999530496} + \frac{1}{14474011154664524427946373126085988481658748932805070521793675830497999060992} + \frac{1}{28948022309329048855892746252171976963317497865610141043587351660995998121984} + \frac{1}{57896044618658097711785492504343953926634995731220282087174703321991996243968} + \frac{1}{11579208923731619542357$

$\frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5} + \frac{1}{6} + \frac{1}{7} + \frac{1}{8} + \text{etc.}$ cuius denominatores quia unitate superant praecedentes, summa sine omni dubio minor est, quam illius, neque vero eius verus valor ullo modo adhuc investigari potuit, ita ut is non solum non rationaliter, sed etiam non per numeros surdos, quin ne per transcendentales quidem usu satis tritas, cuiusmodi sunt quae vel a quadratura circuli, vel a logarithmis pendent, exprimi posse videatur. Simili modo haec fractionum series: $\frac{1}{3} + \frac{1}{7} + \frac{1}{13} + \frac{1}{21} + \frac{1}{31} + \frac{1}{43} + \text{etc.}$ cuius lex denominatorum differentis sumendis, quae sunt 4. 6. 8. 10. 12. etc. per se est perspicua, etsi certe est finita, nullo tamen quantum genere cognito exhiberi potest. Ex quo eo magis mirum videri debet, quod si in circulo, cuius radius — 1, arcus capiuntur, quorum tangentes sint successive $\frac{1}{2}$. $\frac{1}{3}$. $\frac{1}{4}$. $\frac{1}{5}$ etc. horum omnium arcuum in infinitum continuatorum summa assignari possit, atque adeo quartae peripheriae partem sit aequalis. In hac igitur dissertatione Cel. Auctor plura huiusmodi serierum genera perpendit, quarum termini singuli sunt arcus circulares, quorum tangentes certo modo progrediuntur, et, quemadmodum summae earum pariter ad arcus circulares deduci queant, ostendit. Methodum autem perfacilem proponit, innumerabiles huiusmodi series summabiles investigandi; in quo negotio, ne calculus formulis nimis intricatis perturbetur, in subsidium vocat algorithmum quendam novum ac peculiarem, cuius indoles in sequentibus exponetur. Tum vero etiam theoriam fractionum continuarum, in superioribus voluminibus prolixius expositam, ad has investigationes felici successu accommodat, ita ut iam huius generis series perinde tractari possint, atque eae, quae per simplices fractiones progrediuntur, dum arcus illius, cui seriei summa aequatur, tangens satis concinne per fractionem continuam exprimi potest.

III. Specimen algorithmi singularis editur, Auctore
L. Eulero. Accuratius inquirenti, cur *Analytis mathematicae*
 Hh 3 alii

aliis scientiis, quae in veritatis investigatione versantur, tantopere antecellat, mox patebit, causam in idoneo et succincto signorum usu potissimum esse quaerendam. Cum enim in omni ratiocinatione sermo atque usus vocabulorum, quibus ideae plerumque satis complicatae designari solent, maximum adfert subsidium, ita ut sermone sublato, vix ullus rationis usus nobis relinqui videatur: utilitas horum signorum manifesto in eo est posita, quod eorum beneficio menti ideae valde compositae uno quasi intuitu simul ita repraesentantur, ut, si vim cuiusque signi, quantumvis eius significatus fuerit complexus, semel intellexerit, id deinceps in mente vicem omnium idearum, quas comprehendit, gerat. Atque hoc idem per universam Analysin mathematicam multo clarius cernitur, ubi omnes formulae in calculo receptae nihil aliud sunt, nisi signa idonea, quibus ideae et operationes tantopere compositae menti uno quasi ictu offeruntur, ita ut earum explicatio plerumque maximam verborum ambagem requireret: ubi hoc imprimis est observandum, huiusmodi signum, cum eius vis semel fuerit percepta, menti deinceps perpetuo insigni compendio universam rem significatam repraesentare. Quemadmodum ergo in communi sermone singula verba ideas simpliciores in animo excitant: ita in Analyti mathematica eiusmodi signa usurpantur, quae ideas multo magis compositas animo simul exhibent, eundemque effectum praestant, ac si omnia verba eius significatum explicantia ordine recitarentur; quae prolixitas cum animum maxime esset distractura, vires etiam ingenii in comparatione plurium huiusmodi repraesentationum plurimum esset perturbatura. Ex quo perspicuum est, praestantiam Analyseos, usui potissimum idoneorum signorum, quibus res maxime complicatae designantur, acceptam esse referendam. Veluti quoties in calculo analytico hanc formulam $\sqrt{aa + bb}$ conspiciamus, hoc signo menti oblato intelligimus, litteris a et b certas quantitates designari, quarum quadrata per additionem coniungi, et ex summa radicem quadratam extrahi oporteat; hancque radicem

dicem quadratam ista formula indicari. Statim autem atque hunc significatum probe percepimus, nobisque familiarem reddidimus, solus aspectus huius formulae $\mathcal{V}(aa+bb)$ uno quasi ictu menti totam illam descriptionem repraesentat, ita ut ea, tanquam idea simplici, in ulteriori investigatione uti possit. Similis est ratio omnium reliquorum signorum in Analyfi receptorum, quae omnia ita sunt comparata, ut iis quantitates, per certas saepiusque repetitas operationes natae, uno quasi aspectu menti distincte repraesententur. Quodsi ergo eveniat, ut in Analyfi novae quaedam operationes in usum vocentur, novoque modo inter se combinentur, ad calculi subsidium plurimum intererit, quantitates inde natas novis iisque idoneis signis designari, ut iis deinceps simili successu in calculo uti liceat. Cum igitur Cel. Auctor observasset, in evolutione fractionum continuarum, quarum usus in Analyfi est amplissimus, quantitates certo quodam modo per varias operationes inter se combinari, quantitates hinc ortas signis peculiaribus denotare statuit, simulque specimen novi algorithmi circa has quantitates exhibere decrevit, cuius usum insignem adeo iam in praecedente dissertatione ostendit, et in sequentibus fortasse adhuc uberius est declaraturus. Propositis nimirum quotcunque numeris a, b, c, d, e , formula hoc signo expressa (a, b, c, d, e) numerum denotat per certas quasdam operationes inde oriundam, cuius valor per pauciores continuo procedendo ita se habet, ut, si nulla littera uncinulis includatur, veluti $()$, valor sit perpetuo unitas; deinde si unica littera sit inclusa, ut (a) , valor sit hic ipse numerus a . Hinc autem si plures litterae includantur, valores per praecedentes sequenti modo definiuntur:

$$\begin{aligned} () &= 1 \\ (a) &= a \\ (a, b) &= b(a) + () \\ (a, b, c) &= c(a, b) + (a) \\ (a, b, c, d) &= d(a, b, c) + a, b \\ (a, b, c, d, e) &= (a, b, c, d) + (a, b, c) \text{ etc.} \end{aligned}$$

Cir.

Circa numeros autem hoc modo natos plures eximias proprietates demonstrat, veluti quod indicum ordine inverso idem valor semper resultet, sitque $(a, b, c, d, e) = (e, d, c, b, a)$ unde plures aliae insignes affectiones concluduntur.

IV. De Resolutione aequationum cuiusvis gradus, Auct. *L. Eulero*. Quaestio hic versatur circa aequationes algebraicas, quarum gradus aestimatur ex potestate summa quantitatis incognitae, cuius valorem inde determinari oportet: ita postquam huiusmodi aequationes ad debitam formam fuerint perductae, secundum gradus ita in genere representari possunt:

gradus	aequationes
I.	$x + A = 0$
II.	$x^2 + Ax + B = 0$
III.	$x^3 + Ax^2 + Bx + C = 0$
IV.	$x^4 + Ax^3 + Bx^2 + Cx + D = 0$
V.	$x^5 + Ax^4 + Bx^3 + Cx^2 + Dx + E = 0$
VI.	$x^6 + Ax^5 + Bx^4 + Cx^3 + Dx^2 + Ex + F = 0$
	etc.

Iam notum est, harum aequationum resolutionem in genere non ultra quartum gradum adhuc esse investigatam; quod eo magis mirandum videtur, quod cum secundus gradus iam ab antiquissimis Geometris Graecis et Arabibus, tertius vero et quartus iam pridem a Scipione ferreo et Bombello in ipsa quasi Analyseos infantia sint expediti, ab illo tempore, postquam Analysis summo studio est excolta, nondum ultra hos limites progredi licuerit. Cum autem constet, resolutionem cuiusque gradus ab omnibus gradibus inferioribus pendere, et quantitatem incognitam tot valores recipere, quoti gradu fuerit aequatio: Cel. Auctor huius dissertationis iam olim coniecturam proposuit, quod pro quovis gradu, veluti quinto $x^5 + Ax^4 + Bx^3 + Cx^2 + Dx + E$

+ $E = 0$ detur aequatio uno gradu inferior, uti $y^4 + ay^3 + \beta y^2 + \gamma y + \delta = 0$, quam vocat illius resolventem, ita ut si huius radix fuerit p, q, r, s , illius radix ita se sit habitura

$x = f + \sqrt[5]{p} + \sqrt[5]{q} + \sqrt[5]{r} + \sqrt[5]{s}$, ubi quidem perspicuum est, fore $f = -\frac{1}{5}A$: quae coniectura eo minus ratione destituta videtur, quod non solum cum resolutione cognita aequationum secundi, tertii, et quarti gradus, egregie consentit, sed etiam casus illos resolvablem particulares altiorum graduum, a *Mouraso* olim detectos in se complectitur. Nunc autem Cel. Auctor animadvertit istius coniecturae formam, qua verbi gratia aequationis quinti gradus radix ita exprimitur:

$x = f + \sqrt[5]{p} + \sqrt[5]{q} + \sqrt[5]{r} + \sqrt[5]{s}$, nondum satis esse limitatam. Cum enim singulae hac formulae radicales quinos diversos valores natura sua involvant, facile intelligitur, non omnes combinationes eorum locum habere posse, quia alioquin numerus diversorum valorum ipsius x in immensum excresceret, quem tamen quinarium superare non posse certum est. Formam igitur illam nimis vagam nunc ita restringit, ut statuatur, aequationis quinti gradus radicem ita

in genere exprimi: $x = f + \mathcal{A} \sqrt[5]{p} + \mathcal{B} \sqrt[5]{p^2} + \mathcal{C} \sqrt[5]{p^3} + \mathcal{D} \sqrt[5]{p^4}$, similique modo de reliquis gradibus; ubi iam perspicuum est, plures quam quinque diversos valores pro x locum habere non posse. Statim enim ac significatus partis

$\sqrt[5]{p}$ definitur, quod quinque modis fieri potest, simul etiam reliquae partes determinantur. Deinde etiam patet, expressionem pro casu allato, non plures, quam quinque partes, complecti posse, quoniam formulae

ulteriores $\sqrt[5]{p^2}, \sqrt[5]{p^3}$ etc. sponte ad praecedentes redirent, neque novam irrationalitatem implicarent. Hanc igitur novam coniecturam, quam pulchre cum resolutionibus iam cognitis consentiat, ostendit: et quamvis ex hoc fonte minime adhuc aequationum quartum gradum superantium reso-

resolutionem in genere perficere liceat, tamen hinc pro superioribus gradibus alios insuper casus resolvable praeter *Mainreanos* deducit, unde non parum luminis in hanc maxime absconditam Analyseos partem redundare videtur.

V. De numeris primis valde magnis. Auct. *L. Eulero*.
 Cum primum a *Pellio*, ac deinceps ab aliis, tabula numerorum primorum ad centena millia usque sit constructa, nunc quidem proposito quocunque numero hunc limitem non superante facillime iudicare licet, utrum is sit primus nec ne? atque adeo ex ista tabula pro lubitu numeri primi excerpti possunt, si forte usus exigat, qui quidem centena millia non excedant. Verum si quis desideret numeros primos hoc termino maiores, non nisi exantlato immenso fere labore, voti sui compos reddi poterit, quandoquidem alia methodus numeros primos investigandi vix patet, nisi ut successive omnes numeri per alios minores divisibiles expungantur, quippe quo facto numeri primi soli relinquuntur. Quin etiam proposito numero praegrandi, utrum is sit primus, nec ne? ante pronunciare non licet, quam eius divisio per omnes numeros primos, eius radice quadrata minores, fuerit tentata. Ita si quis quaerat, utrum hic numerus 2237791 primus sit, nec ne? divisionem per omnes numeros primos usque ad 1496 tentare cogitur, hocque labore maxime taedio suscepto, tandem divisionem per 1481 succedere deprehendet. Ex quo patet, problema olim inter *Fermatium* et *Wallisum* tractatum, quo methodus certa requiritur, numeros primos dato quovis maiores investigandi, maxime esse arduum, atque adeo vires ingenii humani superare, postquam solutio a *Fermatio* tradita iam olim ab Auctore huius dissertationis est profligata. Quin etiam quaestio iam maxime difficilis est reputanda, si numeri primi centenis millibus vel adeo uno milione maiores desiderentur. Interim tamen in hac dissertatione methodus satis expedita traditur hoc praestandi, dum Auctor alios numeros non contemptatur, nisi qui unitate superent quadratos, seu in
 hac

hac forma $aa + 1$ sint contenti. Cum enim huiusmodi numeri alios divisores non recipiant, nisi qui ipsi sint duorum quadratorum aggregata, atque adeo in hac forma $4m + 1$ contineantur, ex serie numerorum formae $aa + 1$ quamvis longe continuata, quae quidem series mox ad maximos numeros excrevit, facili negotio numeri compositi expunguntur, ita ut de relictis certi simus eos esse primos. Huius igitur artificii beneficio labore non nimis operoso omnes numeros primos formae $aa + 1$ ultra binos milliones est adeptus, quos in tabula peculiari complexus est; unde iam certo constat, hunc v. gr. numerum praegrandem 2232037 esse primum, quae veritas si more consueto esset exploranda, divisionem per omnes numeros primos usque ad 1494 tentari oporteret. Quo autem multitudo huiusmodi grandium numerorum primorum magis augeatur, etiam eos casus indicat, quibus formulae $\frac{aa + 1}{2}$ et $\frac{aa + 1}{5}$ praebent numeros primos.

VI. De Resolutione aequationis $dy + ayy dx = bx^m dx$.
 Au^{ct.} L. *Eulero*. Aequatio haec, iam dudum a Comite *Riccati* Geometris proposita, tanto studio a summis ingeniis est pertractata, ut vix quicquam novi circa eius resolutionem proferri posse videatur. Statim quidem infiniti valores pro exponente m assumendi sunt observati, quibus integrale exhibere liceat, qui valores hac serie progrediuntur: $0 - 4 - \frac{4}{3}, -\frac{4}{3} - \frac{4}{3} - \frac{12}{7}, -\frac{12}{7} - \frac{12}{7} - \frac{16}{7}, -\frac{16}{7} - \frac{16}{7}$ etc. ac methodus, qua hi casus sunt evoluti, ita erat comparata, ut ex cognito cuiusque casus integrali, integrale sequentis definiretur, neque adeo casuum posteriorum integralia exhiberi possent, nisi iam omnes antecedentes fuerint expediti. In hac autem dissertatione id praestatur, ut unica operatione omnium illorum casuum integralia simul eruantur, indeque statim vel centesimi casus integrale assignari possit. Methodus, qua hoc commodi est assecutus, omnino est singularis, dum primo

mo aequationem propositam, ope certae substitutionis, in aliam, quae adeo differentialia secundi gradus involvit, transformat, eamque deinceps per seriem infinitam integrat, quae autem series ita est comparata, ut supra memoratis casibus alicubi abrumpatur, expressionemque finitam suppeditet, unde integrale quaesitum facillime colligatur. Verum tamen omnia haec integralia non nisi sunt particularia, neque totam vim aequationis differentialis propositae exhauriunt, deinde etiam, quoties quantitas b est negativa, imaginariis ita inquinantur, ut omni plane usu destituantur. Utrique incommodo Cel. Auctor ita medetur, ut primo methodum exponat, ex cognito huiusmodi aequationum integrali quopiam particulari integrale completum eliciendi, quod si quantitas b fuerit positiva, quantitates exponentiales implicat: deinde vero ostendit, quomodo istae quantitates exponentiales, quae, existente b negativo, fiunt imaginariae, per tangentes arcuum circularium realiter exprimi queant. Denique cum methodus illa, ex integrali particulari completum eliciendi, certam quandam integrationem exigat, quae moram facessere queat, etiam huic incommodo occurrit, dum observat, pro quovis casu primam evolutionem non unum, sed adeo duo integralia particularia, praebere, quoniam ibi formula radicalis \sqrt{b} ingreditur, quam aequae negative, ac positive, accipere licet. Alia igitur methodo utitur, cuius ope ex cognitis duobus integralibus particularibus integrale completum, sine ulla nova integratione, concludi queat. Quod cum ab eo, quod priori methodo erat erutum, discrepare nequeat, ex utriusque collatione integrationem priori implicatam efficere licet, unde postremo hanc integrationem maxime memorabilem deducit, quod sit

$$\int e^{\frac{2acx^n}{n}} dx = \frac{Ce^{\frac{2acx^n}{n}}}{z-u} \quad \text{ubi}$$

$$u = Cu(2acx^n - uz + \frac{u dz}{dx} - \frac{z du}{dx})$$

ubi quantitates z et u per x ita definiuntur, ut sit:

$$z = x \frac{-n+1}{2} + \frac{(nn-1)}{8nac} x \frac{-3n+1}{2} + \frac{(nn-1)(9nn-1)}{8n16na^2c^2} x \frac{-5n+1}{2} + \text{etc.}$$

$$u = x \frac{-n+1}{2} - \frac{(nn-1)}{8nac} x \frac{-3n+1}{2} + \frac{(nn-1)(9nn-1)}{8n16na^2c^2} x \frac{-5n+1}{2} - \text{etc.}$$

Cum igitur hae formae z et u adeo in infinitum excurrere queant, eo magis est mirandum, quod formula $\frac{2ac}{en} x^n \frac{dx}{uu}$ integrale, idque per expressionem satis simplicem, exhiberi possit. Tum vero etiam hoc consuetae integralium formae aduersari videtur, quod quantitas constans arbitraria C , per integrationem ingressa, quae alioquin nude adiicitur, hic ipsi formae integrali sit implicata. Quod singulare phaenomenon si attentius perpendatur, mox patebit, integrationem illam veritati consentaneam esse non posse, nisi denominatoris pars

$$2acx^{n-1}uz + \frac{udz - zdu}{ax}$$

fuerit quantitas constans, puta A ; tum enim istud integrale in formam naturalem abit:

$$\frac{2acx^n}{en} \frac{z}{Au} - \frac{1}{AC}$$

Num autem res ita se habeat, hoc modo explicari potest. Quoniam quantitates z et u per series exprimuntur, easque ipsas, quae initio ex evolutione aequationis differentialis secundi gradus sunt erutae, vicissim patet, eas ita pendere ab x , ut sit:

$$ddz + 2acx^{n-1}dx dz + (n-1)acx^{n-2}z dx^2 = 0 \text{ et}$$

$$ddu - 2acx^{n-1}dx du - (n-1)acx^{n-2}u dx^2 = 0.$$

Nunc prior aequatio per u , posterior vero per z , multiplicetur, ac productorum differentia dabit

li 3

$u ddz$

$u d d z - z d d u + 2 a c x^{n-1} d x (u d z + z d u) + 2 (n-1) a c x^{n-2} u z d x^2 = 0$,
cuius integrale manifesto est

$$u d z - z d u + 2 a c x^{n-1} u z d x = A d x.$$

Cum autem, facto $a c = \omega$, fiat $u = z = x^{\frac{-n+1}{2}}$ et $u z = x^{-n+1}$, evidens est, statui debere $A = 2 a c$, sicque integratio superior abit in hanc formam :

$$\frac{2 a c x^n d x}{f e^n} = \frac{2 a c x^n z}{n 2 a c u} - \text{Const.}$$

quae non solum principiis est conformis, sed etiam facta differentiatione, ob

$$u d z - z d u = 2 a c d x (1 - x^{n-1} u x)$$

eius veritas egregie confirmatur. Hinc autem iam aequationis $d y + a y d x = a c c x^m d x$, posito $m = 2 n - 2$, et quantitatis z valore per superiorem seriem expresso integrale multo succinctius ita exhiberi poterit, ut sit:

$$y = c x^{n-1} + \frac{d z}{a z d x} + \frac{2 C c e^{\frac{-2 a c x^n}{n}}}{z (C z - C e^{\frac{-2 a c}{n} x^n} u)}$$

$$y = c x^{n-1} + \frac{d z}{a z d x} + \frac{2 c}{z (D e^{\frac{2 a c}{n} x^n} z - u)}$$

ubi D est illa constans arbitraria per integrationem iniecta ad integrale completum constituendum.

VII. Investigatio functionum ex data differentialium conditione. Auct. *L. Eulero*. In superiori Volumine a Cel. Auctore huius dissertationis iam novus quasi campus Analy-
seos

seos infinitorum est detestus, in quo colendo Geometrae vires suas ad summum universae matheseos sublimioris incrementum exercere queant. Postquam enim observasset, omnia praecepta, quae vulgo circa differentiationem et integrationem tradi solent, ad functiones tantum univae variabilis referri, ita ut, etiamsi plures variables in calculo occurrant, tamen semper per eliminationem negotium eo perduci debeat, ut tandem ad aequationem duas tantum variables complectentem perveniat, ex qua, qualis altera alterius sit functio, definiri oporteat. Hinc istam Analyseos partem, quae adhuc fere sola est exculta, ita definiit Auctor, quod sit methodus functionem unius variabilis ex data eius differentialium cuiusque gradus conditione investigandi, ex quo secunda Analyseos pars circa functiones binarum variabilium versari est censenda, ita ut ex data quapiam relatione inter eius differentialia eius vera indoles investigari debeat, quae investigatio de novo in partes subdividetur, prout in relationem illam differentialia, vel tantum primi, vel etiam secundi, altiorumve ordinum ingrediantur. Iam in hac dissertatione prima istius subdivisionis elementa stabiliuntur, atque variae methodi proferuntur, functiones binarum variabilium indagandi, ex data quacunq; differentialium primi gradus relatione. Quodsi nimirum littera V denotet functionem quamcunq; binarum variabilium x et y , quas a se invicem prorsus independentes intelligi oportet, ita ut utramque seorsim per omnes valores variare liceat, geminas inde formulas differentiales nasci est manifestum, hoc modo indicari solitas $\left(\frac{dV}{dx}\right)$ et $\left(\frac{dV}{dy}\right)$, quarum illa ex variatione

solius x , haec vero solius y oritur, utraque autem est quantitas finita, et more solito ita per differentiationem reperitur, ut, si differentiatio praebet $dV = Pdx + Qdy$, ubi sine dubio litterae P et Q iterum erunt certae functiones ipsarum x et y , futurum sit $P = \left(\frac{dV}{dx}\right)$ et $Q = \left(\frac{dV}{dy}\right)$.

Nunc

Nunc igitur omnes quaestiones huc pertinentes ita sunt comparatae, ut data quacunque relatione inter quantitates x, y, V , et P, Q , inde litterae P et Q eliminentur, et aequatio ab illis libera tantum inter x et y et V indagetur, quippe qua in dotes functionis V , quemadmodum a binis x et y pendet, declarabitur. Cum autem, quando de functionibus univariabilis agitur, plurimae quaestiones adhuc calculi vires superent, tum hoc idem multo magis in his quaestionibus circa duas variables usu venit, ut numerusearum, quas quidem resolvere licet, admodum sit limitatus, praesertim hoc tempore, quo ista nova Analyseos pars demum tractari est coepta. Interim tamen methodi, quas Auctor hunc in finem excogitavit, mox uberiores tractationem polliceri videntur. Sequuntur PHYSICO-MATHEMATICA, ubi disputatur

I. De motu vibratorio filii flexilis corpusculis quotcunque onusti. Auct. *L. Eulero*. Problema hoc, iam ab aliis solutum, Cel. Auctor hic ita tractat, ut id ad solutionem generalem problematis de cordis vibrantibus accomodat. Postquam enim motus omnes, cuius corda tensa et aequaliter crassa est capax, facili constructione determinasset, plures obiectiones contra hanc solutionem, a more Analyseos solito recedentem, est expertus; quarum vis eo potissimum erat directa, ut, nisi cordae initio certa quaedam figura fuerit inducenda, eius motus nullo plane modo per Analysin defini posse asseveraretur, quamvis negari non posset, ad quamcunque figuram corda initio fuerit detrusa, ea demissa certum quendam motum necessario subsequi debere. Controversia igitur non tam in hoc agitabatur, quod Auctoris solutio sit erronea, sed quod problema ipsum ita sit comparatum, ut nullam plane solutionem admittat, atque adeo nefas sit solutionem a quoquam tentari. Facile quidem Auctor concedebat, solutionem a se datam a consueto more huiusmodi problemata resolvendi discrepare, atque

atque adeo vires Analyseos adhuc plerumque excultae superare: scilicet ideo ista Analyseos pars huiusmodi quaestionibus solvendis non sufficit, quia in functionum tantum univariabilis investigatione versatur; indeque enim certe nunquam eiusmodi solutionem obtinere licet, quae curvam quamcunque, pro lubitu ductam, nullaque certa lege contentam, qualis forte cordae initio fuerit impressa, in se complecteretur. Verum vel hoc exemplo alterius illius Analyseos partis supra laudatae vis maxime elucet, ex qua sola huius problematis solutio est petenda. Durante enim cordae motu, intervallum, quo punctum eius quodvis a situ naturali distat, re vera ut functio duarum variabilium debet tractari, quoniam id non solum a loco puncti in corda, sed etiam a tempore iam elapso, pendet. Docuit vero Cel. Auctor, quoties per integrationes ad huiusmodi functiones deducimur, tum non, uti in integrationibus vulgaribus, quantitatem constantem arbitrariam in calculum invehiri, sed eius loco adeo functionem arbitrariam cuiuspiam variabilis, quam deinceps hoc casu cordarum ita determinari oporteat, ut ad figuram illam prorsus arbitrariam, quae cordae initio fuerit inducta, accommodetur. Quam insignem observationem cum Auctor postmodum demum clarissime illustrasset, in hac disquisitione, loco cordae, filum perfecte flexile pondusculis quocunque onustum, dataque vi tensum, considerat, et postquam singula ponduscula a situ naturali pro lubitu, utcunque fuerint, diducta, subitoque dimissa, motum eorum secuturum determinat; quod cum sine subsidio sublimioris illius Analyseos partis praestari queat, siquidem singulorum corpusculorum motus seorsim indagare licet, ex ipsa solutione luculenter apparet, motum huiusmodi fili, quocunque pondusculis onusti, semper analytice assignari posse, quomodocunque singula ponduscula initio a situ naturali fuerint deducta. Nunc igitur, tam ponduscula, quam eorum intervalla, in infinitum diminuuntur, ut hoc modo corda continua crassitie praedita exoriatur, quo facto nulli quoque du-

bio relinquetur locus, quin huiusmodi cordae motus, postquam ipsi initio figura quaecunque fuerit inducta, per Analysis determinari possit. Ad hoc vero necessario altera illa Analysis pars, circa functiones binarum variabilium occupata, requiritur; neque iam amplius de solutione generali, quam Auctor pro motu cordarum vibrantium invenit, dubitare licebit. Ceterum inter infinitos motus, quos tale filum, pondusculis onustum, recipere potest, et qui plerumque maxime sunt irregulares, imprimis notasse iuvabit, dari quoque motus species regulares, aequalibus vibrationum intervallis distinctas, quae propterea sonos determinatos edant. Si tam intervalla, quam ponduscula, sint aequalia, filum, duobus onustum, duos sonos edere potest, qui sunt inter se ut sinus angulorum 30° et 60° , hoc est, ut 1 ad $\sqrt{3}$; filum autem tribus onustum tres sonos edere potest, qui sunt inter se, ut series angulorum $22\frac{1}{2}^\circ$, 45° , et $67\frac{1}{2}^\circ$; quatuor vero pondusculis onustum quatuor sonos, qui sunt ut sinus angulorum 18° , 36° , 54° , 72° , et ita porro, qui ergo soni plerumque sunt irrationales inter se, ac propterea maxime diffoni.

II. De motu cordarum inaequaliter crassarum. Auct. *L. Eularo*. Notum est inter Musicos, cordas, quibus in instrumentis uti solent, sonos harmoniae aptos non edere, nisi eae per totam longitudinem eandem ubique habeant crassitiam, atque a cordis inaequaliter crassis sonos rudes et maxime ingratos produci, ex quo huiusmodi cordae falsae appellantur. Quod autem cordae aequaliter crassae sonos ad musicam idoneos edant, id non solum inde venit, quod earum vibrationes aequalibus temporis intervallis absolvantur, sicque sonum certi tenoris exhibeant, sed etiam potissimum eam ob causam, quod eadem corda pulsata, praeter sonum principalem, simul alios sonos acutiores auditui percipiendo offerat, qui cum principali gratissimam harmoniam constituent. Huiusmodi scilicet corda pulsa, praeter sonum principalem, alii soni, cum octava, tum duodecima, porro duplici

duplici octava, seu decima quinta, ac denique decima septima altiores, debiliter quidem, sed satis distincte, percipiuntur: qui soni, cum ad principalem sint ut numeri 2, 3, 4, 5, ad unitatem, egregia harmonia sensum auditus permulcent. Quomodo autem hi soni ab eadem corda simul producantur, quo phaenomeno plerisque universa motus vibratorii theoria everti est visa, primum ab acutissimo Geometra, *Daniele Bernoulli*, felicissimo est explicatum. Qui autem hanc rationem minus perspexerunt, mira mysteria in his sonis ab eadem corda simul editis quaesiverunt, inter quos adeo peritissimus rei musicae artifex Gallus, *de Rameau*, principium universae harmoniae in hoc phaenomeno se feliciter detexisse gloriatur. Non ideo scilicet plures sonos suavem harmoniam auribus exhibere arbitratur, quod vibrationum eodem tempore editarum numeri simplicem ac perceptu facilem inter se teneant rationem, quemadmodum omnes scriptores musici adhuc statuerunt; sed potius, everso hoc principio indoli vibrationum innixo, ideo plures sonos nobis placere, si ab eodem corpore sonoro simul excitari queant. Hoc modo putat verum harmoniae principium nobis ab ipsa natura declarari, neque id alibi quaeri oportere. Verum, praeterquam quod sententia recepta circa harmoniae principium solidissimis rationibus sit confirmata; neque ea tali phaenomeno, quod ab eodem corpore plures soni harmonici simul edi queant, infringatur: haec nova opinio, omni ratione destituta, penitus refelletur, statim atque eiusmodi corpora sonora in natura existere ostendentur, quae simul plures sonos minime harmonicos edant. Huiusmodi autem exempla iam in superiori dissertatione sunt prolata, ubi a filo pluribus corpusculis onusto eiusmodi soni diversi edi possunt, qui, dum ne rationalem quidem rationem inter se tenent, maxime ab harmonia abhorrent, cuiusmodi plurima alia exempla in corporibus sonoris, veluti campanis, laminis elasticis, aliisque, in medium proferri possent. Idem quoque in cordis inaequaliter crassis ple-

rumque usu venit, quarum motum vibratorium Auctor in hac dissertatione definire est aggressus. Verum haec investigatio tantis implicatur difficultatibus, ut non, nisi pro certis inaequalitatis legibus, expediri possit, idque evenit ob defectum illius alterius Analyseos partis iam saepius memoratae, quae circa integrationem functionum duas variables involventium occupatur, et quae minime adhuc eo usque exulta est, ut cordae, utcunque inaequaliter crassae, motus vibratorius inde definiiri possit. Duos igitur tantum casus Auctor expedivit, alterum, quo cordae crassities secundum certam figuram conicam variatur; alterum vero, quo corda ex duabus partibus disparibus est composita, cuiusmodi oritur, si duae cordae ordinariae, altera crassior, altera tenuior, connectantur. Taliu cordarum motum semper fore maxime irregularem, neque idcirco ulli sono musico edendo aptum, observat Auctor, nisi partium longitudo reciprocam teneat rationem diametri crassitiei, quo solo casu corda perinde sonabit, atque corda ubique aequaliter crassa. Praeterea vero quoque sub certis tantum conditionibus vibrationes isochronae nasci possunt, quas Auctor accurate investigat; ad quod cum calculus satis prolixus requiratur, quem in genere expedire haud licet, casum evolvit, quo ambae partes, paris sint longitudinis, pondus autem alterius altero quadruplo sit maius; calculoque absoluto invenit, talem cordam plures sonos simul edere, qui sint inter se ut hi numeri 0, 30408; 0, 69591; 1, 30408; 1, 69591; 2, 30408 etc. qui cum sint incommensurabiles, maxime quoque erunt dissoni, etiamsi ab eodem corpore sonoro simul edantur. Denique Auctor iterum ad chordas utcunque inaequaliter crassas revertitur, atque in eos casus inquirat, quibus saltem vibrationes isochronae produci queant, postquam scilicet corda initio certo quodam modo fuerit impulsu, hocque similibus casibus evenire observat, quibus aequationem *Riccatianam*, de qua supra est actum, resolvere licet.

III. Pro-

III. Proponitur Thermometri metallici descriptio, Auct. I. E. Zeihero. Omnium thermometrorum ratio huic innititur phaenomeno universali, quod omnia corpora calore in maius volumen expanduntur, frigore autem in minus contrahuntur. Quodsi ergo cuiusque corporis verum volumen quavis tempestate exactissime dimetiri liceret, mutatio in caloris gradu facta inde commode diiudicari posset, nihilque referret, sive corpus illud foret solidum, sive liquidum; etiamsi forte vera caloris quantitas perperam incremento voluminis proportionalis censeatur. Quantumvis autem istud thermometrorum principium firmum videatur, et ad scopum egregie accommodatum, id tamen in se spectatum, omni plane usu destitueretur, nisi singularis conditio ei esset adiuncta, qua fit, ut ab eodem caloris gradu in diversis corporum generibus omnino dispares voluminis expansiones producantur; quam circumstantiam auctores non semper satis sollicitè perpendisse videntur. Quodsi enim omnia corpora pro ratione magnitudinis ab eodem gradu caloris aequalia voluminis incrementa acciperent, nullo plane modo, nobis quidem, has mutationes, quantumvis fuerint magnae, observare liceret, quandoquidem etiam mensurae, quibus uti consuevimus, parem mutationem subirent, sicque perpetuo ad corpora mensuranda eandem rationem conservarent. Neque ergo thermometra vulgaris, etiam in maxima tempestatis commutatione, ullam variationem essent indicatura, si vitrum pari expansioni a calore oriundae esset obnoxium, atque liquor in eo contentus. Ex quo haec thermometra eatenus tantum variationi caloris ac frigoris indicandae sunt apta, quatenus liquor, quo tubi vitrei cum bulla subnexa impleri solent, minorem mutationem a calore patitur, quam ipsum vitrum; quin etiam necesse est, ut mutatio vitri multo sit minor, quam liquoris, quia alioquin effectus parum esset sensibilis. Hoc idem ergo quoque de corporibus solidis, quae ad similem effectum producendum fuerint adhibenda, erit tenendum, ut

scilicet parietes, vel alius generis sustentacula, iuxta quae mensura institui debet, multo minus a calore afficiantur, quam virgae illae, vel bacilli, ex quorum expansione gradum caloris diiudicari oportet. Pluribus igitur experimentis edoctus observavit solertissimus Auctor, in hunc finem optimo successu bacillos, seu cylindros metallicos adhiberi posse, inter quos argenteos, seu saltem cupreos eligendos potissimum arbitratur, quod non solum a caloris mutatione insignem variationem accipiant, sed etiam praegrandem caloris gradum sine fusione sustinere queant. Tum vero modum excogitavit, plures huiusmodi cylindros ita inter se adaptandi, ut mutationes ope vectium indicandae tandem quantumvis magnae reddantur; neque vero et hunc effectum expectari posse evidens est, nisi paries vel fulcrum, in quo, tanquam corpore fixo, hypomochlia illorum vectium constituantur, multo minorem expansionem ab aucto calore patiantur. His circumstantiis probe perpensis, nullum est dubium, quin huiusmodi nova thermometra metallica aequae commode ad tempestatis mutationes indicandas usurpari queant, atque vulgaria, sive spiritu vini, sive mercurio impleri solita.

IV. Thermometrorum punctis constantibus gaudendum emendatio. Auct. *J. E. Zeihero*. Nimis saepe evenire solet, ut cum thermometra omni cura fuerint constructa, ac praecipue scalae divisionum, in tabulis metallicis nitidissime elaboratae, tum diffracto forte tubo vitreo, omnis opera pereat, neque eadem scala deinceps iterum ad similem scopum adhiberi possit. Graduum enim in scala exsculptorum magnitudo ita pendet a ratione, quam tubi amplitudo tenet ad bulbi capacitatem, ut nisi in duobus huiusmodi instrumentis haec ratio exactissime fuerit eadem, quod certe rarissime contingit, eadem iis inservire nequeat. Hinc Cl. Auctor remedium ingeniose excogitatum proponit, quod in hoc consistit, ut tubo thermometrico loco bulbi
vitrei

vitrei capsula ferrea adaptetur, quae ope cochleae, ipsi insertae, facile ita parari potest, ut eius cavitas pro lubitu ampliari et coarctari queat. Sic enim paucis experimentis institutis haud difficulter ea capacitas capsulae definietur, quae ad tubi amplitudinem relata praecise eandem graduum magnitudinem exigat, quae desideratur, eique proinde scala iam confecta optimo successu adiungi queat, si modo tantum liquoris infundatur, ut unicus temperiei gradus recte designetur.

V. Emendatio Microscopii Solaris. Auct. F. V. T. *Alpino*. Obiektorum minimorum per microscopia solaris, qualia adhuc ab artificibus sunt constructa, repraesentationem pluribus vitiis esse inquinatam, vel inde intelligitur, quod, cum radii lucidi per ipsa objecta transmittantur, horum forma eatenus tantum in imagine exprimitur, quatenus ipsa sunt pellucida, ita ut, si hac proprietate carerent, nulla profus repraesentatio efficeretur. Deinde ob eandem rationem, quod radii solares, qui ad illuminationem adhiberi solent, per ipsam quasi substantiam obiektorum transire debent, insignes refractiones patiuntur, quibus fit, ut imagines intolerabilibus iridis coloribus circumfusae exhibeantur. Hoc scilicet vitio microscopia ob ingentem speciei multiplicationem multo magis premuntur, quam laternae magicae, quarum constructio certam rationem sequi solet. Utrumque autem horum instrumentorum genus *Cel. Eulerus* ab hoc ingenti vitio feliciter liberavit, dum eiusmodi structuram docuit, qua obiektorum maxime opacorum imagines, tam per microscopia solaris, quam per laternas magicas, sine ulla confusione nitidissime repraesentantur, dummodo sufficienti luminis copia illustrentur: quod egregium inventum in Tom. III. Nov. Comment. Academiae Petropol. ita accurate extat explicatum, ut huiusmodi instrumenta a solerti artifice haud difficulter confici possint. Maximum autem ad hunc scopum adiumentum *Cel. huius differ-*

dissertationis Auctor attulisse merito est censendus, dum vulgaria microscopia solaris, ope levis mutationis in eorum structura faciendae, ad hunc novum usum transferre docuit, neque ullum est dubium, quin duabus pluribusve lentibus adhibendis repraesentatio adhuc praestantior obtineri possit, quem summum perfectionis gradum Auctor pollicetur.

VI. Dissertatio de Experimento quodam magnetico. Auct. *F. V. T. Aepino*, cum Additamento ad dissertationem istam auctore eodem. Virtute magnetica impraegnatur filum ferreum non solum, cum ad polos magnetis affricatur, sed etiam dum quodam intervallo remotum super ambos polos traducitur. Quod cum olim diligentissimus naturae scrutator Gallus, *Du Fay*, plurimis experimentis esset profectus, insigne ac maxime mirandum phaenomenon observavit, quod poli magnetici, qui filo ferreo in minori distantia super polos magnetis traducto imprimuntur, idem in maiori distantia ita inter se permutentur, ut, qui terminus in minori distantia naturam poli borealis esset nactus, idem in maiori distantia ad polum australem dirigeretur. Quod phaenomenon cum omni theoriae, quae quidem ad magneticos effectus explicandos excogitari queat, maxime adversari videatur, Cel. Auctor in eo est occupatus, ut eius egregium consensum cum ea Theoria, quam nuper circa vires magneticas et electricas protulit, dilucide demonstraret. Quem in finem supponit, vires attrahentes et repellentes amborum cuiusque magnetis polorum in unicum punctum coactes esse, et rationem se sui inversam distantiarum, indeque evenire posse per calculum omni rigore geometrico institutum ostendit, ut ab istis viribus coniunctis in maiori distantia omnino ei contrarius producat effectus, qui alias in minori distantia exeratur. Deinde animadvertit, quod etsi assumptae hypotheses naturae minus sint consentaneae, et etiamsi verae vires magneticae ab hac lege discrepent, similem tamen effectum inde resultare debere, in quo

quo haud debile Theoriae suae firmamentum situm esse contendit. Iungit tum huic dissertationi supplementum eximium, in quo multa alia experimenta nova, *Flyano* non abſimilia, a priori ex theoria ſua praeviſa, et experientiae penitus conſona, recenſet et explicat.

VII. Cogitationes de aggeribus conſtruendis, Aucſ. *L. Eulero*. In provinciis maritimis haec quaefſtio maximi eſt momenti, ubi littora adverſus fluctuum impetum aggeribus muniri oportet, quorum tam extructio, quam conſervatio, ingentes ſumtus poſtulat. Antequam igitur huiusmodi opus ſuſcipiatur, ſollicite eſt diſquirendum, utrum reditus ex terris, hoc modo munitis, percipiendi, expenſas ad aggeres requiſitas ſuperent, nec ne? Niſi enim cultura terrae plus fructuum afferret, de aggerum extructione cogitandum ne quidem foret. Tum vero etiam inprimis eſt perpendendum, ſi littorum ora fuerit valde irregularis et ſinuofa, minime eſſe conſultum, aggeres iuxta ipſam littoris figuram duci, ſed potius praeflare, ut aggeribus a littore reductis forma commodior tribuatur. Quanquam enim hoc modo minor terrae tractus includitur, unde propterea minores fructus percipiuntur; tamen fieri poteſt, ut haec iactura aggeris contractione, ob multo minores ſumtus, in eius extructionem requiſitos, largiter compenſetur. Semper igitur haec quaefſtio diligentiffime evolvi meretur, qua quaeritur: quomodo, data littoris cuiuſpiam figura, aggeres in eo ſint conſtruendi, ut fructus ex terra percipiendi maximo lucro excedant ſumtus, in aggerum tam extructionem, quam conſervationem, impendendos; in qua diſquiſitione facile intelligitur, ſaepe evenire poſſe, ut maxime expediat, minorem terrae portionem hoc modo muniti, lucrumque inde expectandum, ob aggeris diminutionem, multo maius eſſe aeſtimandum. Ad huiusmodi ergo quaefſtiones enodandas ante omnia expendi oportet: primo, quantas expenſas extructio aggeris datae longitudinis, veluti unius perticae,

postulet; secundo, quantum ad conservationem talis portionis aggeris quotannis requiratur, quos annuos sumtus, tanquam usuram, ad sortem fixam revocari convenit, quibus coniunctis totum pretium unius perticae aggeris habebitur; tertio vero ad fertilitatem et usum terrae muniendae est spectandum, ut pateat, quantos fructus a qualibet pertica quadrata quotannis expectare liceat, quos pariter ad sortem fixam reduci conveniet. His rebus accurate determinatis, quaestio ad meram Geometriam et Analysin revocatur, cuius tamen resolutio ingentem circumspectionem postulat, ideo necessariam, quod aggeres quidem quantumvis intra continentem reduci, neutiquam vero ultra extremam litto-
ris oram extendi licet. In provinciis etiam aggeribus iam munitis haec eadem quaestio saepius occurrere solet, quando scilicet fluctus marini sensim tantum terrae ultra aggeres alluunt, ut operae pretium videatur, hanc novam terram novo aggere cingi, et in usum converti. Quod cum non ita pridem in provincia Germaniae maritima contigerit, atque haud levis controversia circa novi aggeris extruccionem fuerit orta, et ad Auctorem delata, ansam ei praebuit, hoc argumentum, quod saepius summum usum habere potest, accurate pertractandi. Tertium locum occupant PHYSICA, quae exhibent

I. Ad Observationes et Experimenta de Mercurio ex scriptis *Hermanni Boerhave* Supplementum I. recensente *Carolo Friderico Kruse*. Si quis Chemicorum naturam mirabilis metalli Mercurii, (quidni enim metallum dicamus, quod nostra aetate a frigore ambiente condensari, et iterum ab augmento caloris fluidum fieri experti sumus?) intelligenter ac indefesso studio exploravit, is certe est vir summus, in arte salutari et hermetica communis Medicorum praeceptor, immortalis *Hermannus Boerhave*. Fidem faciunt huius asserti scripta eius, cum Regia scientiarum Academia Parisiensi, et cum societate Regia Londinensi communicata. Stupendo labore, constantia Herculeae, per XV, annos, uno igne, Mer-

Mercurium torfit, naturam variis artificiis sollicitavit, immo coëgit, ut vel invita secreta ipsi sua revelaret. Superaddidit praeterea IV. annorum labores. Perrexit enim in hac opera quoad vixit, ita ut nil dici possit, quod ipsius experimentis et observationibus aequiparari queat. Felici Chemicæ artis, imo universæ salutaris doctrinæ fato, factum est, ut scripta viri immortalis typis nondum exscripta, postquam ab *Hermanno et Abrahamo Kaau*, fratribus Boerhaviis, in Russiam perlata essent, hæreditaria possessione cesserint *Viro Illustri, Carolo Friderico Krusè*, AUGUSTAE omnium Russiarum IMPERATRICIS Archiatro ac Consiliario Status actuali, Academiae Imperialis Scientiarum Socio, *Hermannis Kaau Boerhavi* genero, qui, quod *Abrahamus* animo conceperat, at immatura morte facere prohibitus est, scripta *Boerhaviiana*, publico emolumento studens, sigillatim edet. Primum hoc, quod prædicamus, specimen ostendit, quid impostorum expectare debeamus. Academia non potest non lubenter recipere, et in publicum usum emittere scripta viri, quem inter Collegas quondam suos numerasse honori sibi ducit. Scopus tantorum Mercurio impensorum laborum hic fuit, ut constaret, quid de promissis Alchemistarum, fixationem, solidationem, transformationem Mercurii iactantium, sperare fas sit. Si, quod nonnullis placet, primum favorabiliter sensit de via, Mercurii ope, ad magnum, quod vocant, opus ducente, procul dubio admirabiles huius metalli qualitates respexit, quæ, quo difficiliore essent explicatu, eo magis inducere debuissent sincerum atque veritatis amantem virum, ut non omnem prorsus fidem denegaret exemplis, de metallo hermetica arte parato afferri solitis. Philosophi est, in dubium vocare quæ non intelligit, aut quæ explicare nescit; negare non item. Ad hoc requiritur, ut impossibilitatem demonstrare valeat. Id autem est, quod millies et novies repetita experimenta Philosophum docuerunt. Observavit namque, Mercurium, varias licet induentem formas, ast re ipsa immutabilem, vehementiore nimirum ignis

actione, in pristinam semper formam redire. Ergo non inutiliter operam suam collocasse est censendus magnus *Boerhavius*; in periculoso mari Syrtis, ad quas multi bonorum suorum naufragia fecerunt, evitare docuit: utilius sane, quam si possibilitatem transmutationis Mercurii in aurum ostendisset, aut si ipsum aurum, in perniciem aliorum et sui, conficere docuisset.

II. et III. Observationes meteorologicas, annis 1757 et 1758. Petropoli factas, cum animadversionibus et conspectariis, Auct. *I. A. Braun*. De ipsis observationibus, ut quae eadem methodo, iisdemque ac praecedentes instrumentis, sunt institutae, nil dicere attinet. Operae autem pretium est, singularia quaedam notatu digna huc transferre.

Anno 1757.

Altitudo Barometrica, maxima ex omnibus, quae Petropoli observatae fuerunt, hoc anno fuit,

29. 12 poll. Paris.
30. 35 — Lond.

Calor maximus 97 grad. therm. Delisiani hoc aequae ac frequente anno observatus est, qui aequalis est calori hominis naturali, et sanguinis in homine sano. Calor fere perpetuus per totam aestatem ac intolerabilis. Serenitas dierum per totum annum extraordinaria.

Anno 1758.

Calor maximus, etiamsi calori praecedentis anni aequalis fuit, minus tamen frequenter accidit. Mense Iulio nulum tonitru, quod satis insolitum. Copia pluviae per omnem aestatem 16. poll. Paris. quod etiam insolitum, quare a nimia humiditate annona multa et foenum periit. Declinatio magnetis, ut fere semper solet $4\frac{1}{2}^{\circ}$ W. Maculae in sole copio-

copiosissimae. Tempus medium, quo glacies Nevae fluvii solvi solet, est circa d. 8. Aprilis, congelationis terminus medius circa 20. Novembris, monstrante thermometro Delisliano 166. gradus, siquidem hoc frigus per aliquot dies durat.

IV. Descriptionis Piscium rariorum, e Museo Petropolitano exceptorum, Continuationem, Auct. I. T. Koelreuter. Sex pisces sunt, eadem methodo, qua illi in praecedente volumine, descripti, nempe: Cyprinus pinna caudae horizontali, subtrifida, dorsuali fastigata, parvula. Gobio, pinna ventrali subrotunda, acetabuliformi, e duobus pedunculis, octoque radiis, valde ramosis, composita. Gobio, pinna dorsuali unica, longa, pectoralibus latissimis, acetabulum planiusculum includentibus. Sparus, duabus utrinque maculis notatus; primo pinnarum ventralium radio longissimo, altaci antennam referente. Labrus valde oblongus, taeniis tribus candidis, diverfae longitudinis, insignitus, cauda integra.

Scomber, dorsi anique pinna continua, aculeis ad utriusque initium accessoriiis. In fine tandem huius Voluminis ponuntur ASTRONOMICA. In his

I. Observationes aliquot astronomicae et meteorologicae, Lipsiae habitae a Godofr. Heinsio. Varias continet hoc a Cl. Heinsio ad Academiam Petropol. transmissum scriptum Observationes, separatim hic indicandas. Die 24. Ian. styl. nov. An. 1758. Eclipsin Lunae totalem observabat Cl. Vir, quae vero observatio per intercurrentes nubes, et male terminatam, praesertim sub initium, umbram telluris, turbata quodammodo fuit. D. 26. Ian. eiusd. anni post merid. hora circ. 2½ occupatus erat in capiendis altitudinibus Solis correspondentibus, atque direxerat quadrantem ita, ut linea fiduciae 11°. 40½' responderet. Pronus ad contactum iam erat cum filo tubi horizontali Solis nubi densiori involuti superior limbus, cuius admodum exigua portio infra fi-

lum horizontale adhuc persistere videbatur, frustra vero per aliquod tempus ipsius contactus celebrationem expectabat. Per 20. enim minuta secunda nulla sensibilis huius portio- nis imminutio, nullus sensibilis accessus limbi ad filum, ob- servari poterat, usque dum tandem 17'' serius, quam fieri debuisset, contactus consequeretur. Inusitata haec a nube interposita producta irregularis refraçtio, (pro huius enim effectu sine dubio hoc phaenomenon habendum est,) cautos reddere debet Astronomos, ne per nubes captis altitudini- bus astrorum coecam habeant fidem. Cum Anno 1758. d. 17. Apr. st. nov. Lunae partialis obscuratio contingeret, ob varia incommoda non nisi finem Eclipsos annotare po- tuit Cl. Auctor, quem consecutum esse 8^h. 35³'. sufficiente cum certitudine statuere se posse putat. D. 21. Iun. Anno 1757. 8^h. 57'. 55''. emergentem post lunae discum stellam primae magnitudinis, *Cor Leonis* vocatam, vidit Cl. *Heinsius*, et d. 10. Iul. eiusdem anni 9^h. 31'. 20''. secundi Satellitis Iovis emerfionem totalem annotavit. Indicavit etiam Cl. Auctor, visam a se An. 1756. ultimis Septembr. et primis Octobr. diebus Venerem interdum oculis nudis, per duas tresve horas, post solis ortum, ut anno 1748. in Obser- vationibus ad Academiam missis, et in Tom. III. horum Commentt. evulgatis, praedixerat; ac denique observationes quasdam meteorologicas communicavit, ex quibus patet, maximum calorem aestivum, barometrique altitudinem me- diam Lipsiensem, Petropolitans fere aequari, Petropoli ve- ro barometrum ab hoc termino utrinque notabiliter longius excurrere, quam Lipsiae fieri solet.

II. Observatio Eclipsos Solaris, quae contigit Anno 1758. d. 18. Decembr. habita Petropoli, ab *A. N. Grifchow*. Post indicatas observationes, pro examinando motu horo- logii penduli institutas, finem huius Eclipsos contigisse 9^h. 36'. 45'' - - - 9^h. 37'. 0''. statuit Cl. *Auctor*. In limite 15''. dubiam reddiderunt hanc observationem fumus
foco-

focorum atque vapores undantes, qui aerem inquinabant.

III. Instrumentorum Astronomicorum, Reticulo, aut Micrometro instructorum, nova emendatio, Auct. *F. V. T. Aepino*. Commoditati Observatoris, ut in imaginanda instrumentorum astronomicorum constructione prospiciatur, res est maioris momenti, quam ad primum intuitum videri posset, cum observationum fides atque acumen manifesto inde patiantur, si assumere aut diu servare incommodum corporis situm cogatur Astronomus. Laborant incommodo tali instrumenta astronomica micrometro praedita, consueto more constructa, quod Observator ipsis utens, si ad obiectum super horizontem valde elevatum ipsa dirigit, reclinare caput atque corpus, immo supinum interdum situm assumere debeat. Conatur ipsa ab hoc defectu liberare Cl. Auctor, ope speculi metallici plani, quod tubo, non longe a foco vitri obiectivi inclinato ad axem visionis situ, ita inferendum est, ut radii per axin tubi incidentes, in directione horizonti parallela ab ipso resiliant. Imponit autem, prouti Auctor monet, novum hoc instrumentorum additamentum, novae verificationis necessitatem Astronomo, quae, qua ratione commode perfici queat, sub finem exponit.

IV. Observatio Eclipses Lunae d. 18. Maii st. v. Anno 1760. Petropoli habita, Auct. *N. Popow, Andr. Krafilnikow, et Nic. Kurganow*. Observatum est initium huius Eclipses 11^h. 18'. 47". circiter, finis vero 12^h. 4'. 42". cum aliquibus momentis aliis, quorum tamen nullum, praeter finem, satis securum est, uti Observatores declarant. Adiunxerunt Cl. *Popow* et *Krafilnikow* observationem initii Eclipses solaris eod. anno d. 2. Iun. st. v. visae, quod 9^h. 1'. 44". accidisse statuitur.

V. Eclipsis Solis Lipsiae visa hor. mat. d. 13. Iunii stil. nov. Anno 1760. Auct. *G. Heinso*. Eiusdem huius Eclipses
simi-

similiter non nisi initium vidit *Cl. Heinsius*, quod statuit cecidisse in $7^h. 26'. 34''$. tam exacte, ut ingressus solis in discum lunae ad instans quasi in oculos incurreret.

VI. Observatio Eclipsos lunaris d. 17^o . Maii 1761. habita in Observatorio Imper. Petropolitano, Auct. *F. V. T. Aepino*. Praeter initium et finem Eclipsos, discique Lunae immersionem totalem, atque emersionis initium, praecipuarum quoque macularum immersionem et emersionem ex umbra, annotavit *Cl. Auctor*, qui monet, ob vapores densos, ac forte crepusculum, de immersione et emersione macularum se ipsum per minutum dimidium, immo ulterius, inter observandum dubium haesisse, reliquis vero momenti maiorem fidem adscribit. Tam densa erat umbra terrestri, ut per sat longum tempus penitus quasi luna ex coelo evanesceret, neque ullum ipsius vestigium superesset.

VII. Ad Nova Acta Petropolitana Acad. Scient. Tom. III. Additamentum ex Sinis *P. Antonii Gaubil*. S. I. Observationes Satellitum Iovis, pro determinanda locorum positione Geographica, sedulo ac solerter instituere, suprema Observatoribus Astronomis, qui Sibiriam et Kamtschatkam peragrarunt, lex fuit. Dolendum autem, non valde multas observationes huius generis, et publica luce dignas, ad Academiam pervenisse: quod, utrum praematurae morti Viri *Cl. Ludovici de l'Isle de la Croyere* d. 10. Octobr. 1741. in Kamtschatka extincti, an aliis causis adscribendum sit, non inquirimus. Palmam reliquis praeripere visae sunt observationes a sollertissimo observatore *Krasnikovio* habitae; quare in Vol. III. Nov. Comment. typis exscriptae sunt, addita collatione cum similibus, in specula Astronomica Petropolitana institutis observationibus, unde differentia temporis Petropolim inter et varia Sibiriae et Kamtschatkae loca patescit. Ast dices, ipsius Petropoleos Longitudinem adhuc quidem dubiam videri posse, quia trifariam notata reperitur, et, utra deter-

determinatio reliquis sit praefenda, non liqueat. Tom. I. Comment. p. 480. habetur $47^{\circ} 57' 30''$. in Syllabo Long. et Latit. Atlanti Ruffico praefixo extat $47^{\circ} 49'$. et ex Ephemeridibus Astronomicis Parisiensibus colligitur, esse $47^{\circ} 53' 45''$. Hac occasione notare iuvabit, ultimam determinationem, secundum observationes b. *Grifchovii* factam esse videri, quia in dissertatione Tom. VIII. Nov. Comm. inserta p. 434. differentiam temporis Petropoli inter et Parisios eandem, quam Ephemerides Parisienses nobis exhibent, assumfit, nimirum: $1^{\circ} 52'$. Dum autem *Grifchovium* nominamus, cuius observationes quanta accuratione se commendare soleant nemo ignorat, maximam simul conciliamus huic determinationi auctoritatem. Ideoque, interea dum Observatores nostri Astronomi certius quid hac de re statuunt, non dubitamus longitudes locorum ex observationibus *Kraflnikovii*, posita long. Petrop. $47^{\circ} 53' 45''$. sequentem in modum stabilire:

Kirenskoi ostrog	- - -	$125^{\circ} 36' 30''$.
Iakuzk	- - -	$147. 14. 45.$
Portus Petri Pauli	- - -	$176. 8. 45.$
Bolscherezkoi ostrog	- -	$174. 52. 0.$
Ochozkoi ostrog	- -	$160. 47. 15.$
Iudomskoi krest	- -	$157. 27. 15.$
Tomsk	- -	$102. 33. 15.$

Addimus longitudinem Castelli Iamyschewskais, quae, cum differentia meridianorum eiusdem et Petropoleos, secundum observationes *Kraflnikovii*, a b. *Grifchovio* quondam statuta sit $43^{\circ} 47'$. erit $91^{\circ} 40' 45''$. His praemonitis, dispiciamus novas locorum determinationes, quas *R. P. Gaudil* in hoc additamento nobis offert. Comparavit observationes *Kraflnikovii* cum aliis eodem tempore Pekini, et in statione Gallica Chandernagor, quae ad Gangetis fluvii ostium in India orientali extat, institutis, differentiamque temporis annotavit; quae quidem opera supervacanea videri nequit, tum quod confirmantur inde positiones supra determinatae, tum quod duorum locorum determinationes adduntur, quorum observationibus correspondentes ante non extabant.

tabant. Sciendum autem, quod ex Ephemeridibus Parisiensibus constat, Pekinum et Parisios differentiam temporis $7^b. 36'. 10''$. intercedere, Chandernagor Parisiis $5^b. 44'. 37''$. distare. Iam posita longitudine observatorii Parisiensis, ut ex novissimis observationibus stabilita est $19. 53'. 45''$. emergunt inde longitudines pro

Ilginskoi ostrog	- - -	122. 30. 0.
Olecminskoi ostrog	- - -	137. 4. 45.
Iakuzk	- - -	146. 19. 7.

Portus Petri Pauli

ex observ. Pekin.	- - -	176. 4. 15.
ex observ. Chandern.	- - -	176. 28. 31.

Bolscherezkoi ostrog	- - -	174. 12. 0.
----------------------	-------	-------------

Ubi observationes, si illas, quae urbem Iakuzk concernunt, excipias, sic satis cum superioribus consentiunt. Latitudines recentiorum hactenus locorum, secundum eiusdem *Kra-
Alnikovin* observationes, hae sunt:

Ilginskoi ostrog	- - -	54. 42.
Kuenskoi ostrog	- - -	57. 47.
Olecminskoi ostrog	- - -	60. 22.
Iakuzk	- - -	62. 2.
Iudonskoi kreft	- - -	60. 5. 31.
Ochozkoi ostrog	- - -	59. 20. 10.
Bolscherezkoi ostrog	- - -	52. 54. 30.
Portus Petri Pauli	- - -	53. 1. 20.
Tomsk	- - -	56. 29. 58.
Iamyschewskaia Castellum	- - -	51. 53. 10.

Notari meretur altitudo Poli a *R. P. Gaubil* Pekini in Collegio Gallico observata, quae est $39. 55'. 21''$. Ephemerides Parisienses habent $39. 54'. 0''$. quae quidem latitudo competit Collegio Iesuitarum Lusitanorum et Germanorum, ut infra adparebit. Finit *R. P. Gaubil* additamentum suum observatione de situ urbis Aigun, qua error circa positionem huius urbis in Atlante Russico commissus corrigitur. Ex re sane. Attamen diffidendum non est, eundem errorem Academiam quoque animadvertisse, et in Tabula, accessiones Geographicas in ultima expeditione Kamtschat-

Schatkiensi detectas repraesentante, ratione habita Atlantis Sinici a *Cel. Danville* divulgati, correxisse. Est autem Aigun, vel Aiiunchun, vetus nomen castrum cuiusdam deserti, vallo ex terra congesto muniti, et dimidio fere milliari a Seiae, vel Dsiae, fluvii, in Amurem ostio, secundis aquis, distitit. Hoc cum Sinenses saeculi superioris octogesimo tertio anno, fervente cum Russis bello, infederint, duobus annis postea, ex opposito illius, aut paullo infra, ad ripam Amuris meridionalem, urbem Sagalin-Ula-Choton, uti in *Cel. Danvilli* Tabula Geographica videre est, exaedificarunt. In Academiae Tabula nomen Aigun adscriptum est, quia ita quoque urbs Sinica communiter appellari solet. Ipse quoque *R. P. Gaubil* non vetus castrum desertum, sed urbem a Sinis inhabitatam, sub nomine Aigun intellexisse videtur.

VIII. Mercurius in Sole observatus Pekini Sinarum Anno 1756. d. 7. Novemb. a *P. Augustino Hallerstein*, S. I. Non haec prima est, quam ex Sinis habemus, Mercurii in Sole visi observatio; namque iam annis superioris saeculi 90. et 97. eundem transitum Cantoni, et in urbe Tschautschea contemplatus est *P. Fontenay*, S. I. cuius observata in Memoriae Academiae Parisiensis extant: ast prima est atque palmaria haec observatio, si indefessum Auctoris studium, si instrumentorum aptitudinem, si laborum successus spectes; prima, quam doctissimus Auctor, ex ditissima penu observationum suarum astronomicarum, quam prelo parat, excerpit, et cum Academia communicavit. Pergunt nimirum eodem semper studio Iesuitae in Sinis astrorum scientiam observationibus suis locupletare, cognitionem Systematis nostri Solaris, terrestrisque globi, amplificare et perfectiorem reddere. Quod nisi esset, multa sane incognita nobis mansissent, quae illorum ope comperta habemus atque explorata. Unum dicamus, quod utilitatem observationum Sinensium clare ostendit. Innumera phaenomena caelestia contingunt, dum atra nox tegit Europam, eadem autem in extremitate Asiae, in Sinis, expertum ac sedulum observatorem non effugiunt. Huc quoque pertinet observatus in Sinis Mercurii sub sole transitus, qui 7. Novemb. 1756. accidit. Hunc

in Europa totum conspiciere non licuit, quoniam, cum in-
 peret, sol adhuc sub Horizonte morabatur. Perfectiorem
 autem, quam quae hoc loco exhibetur, observationem, vix
 Astronomi desiderabunt. Praeter initium atque finem huius
 phaenomeni, exacte notata, Mercurii sub sole incedentis 58.
 loca determinavit R. Auctor, capiendo Micrometri ope dif-
 ferentias declinationum, et ex appulsi-
 bus ad horarium dif-
 ferentias ascensionum rectorum deducendo. Est autem R,
 Pater *Augustinus Hallerstein* Tribunalis mathematici in Sinis
 Praefes, P. P. *Adami Schall*, *Ferdinandi Verbieffii*, et *Ignatii*
Koegleri, dignus successor, vir, cuius singularem eruditionem,
 humanitatem, et ardorem in bonas artes, quippe cui et com-
 mercium epistolicum cum Academia Petropol. intercedit,
 hac occasione data encomio celebrare, officii ratio postulat.

MONTES GLACIALES HELVETIAE, DESCRIPTI
a THEOPHILO SEGIMUNDO GRUNERO, Senatus
CC. Bernensis reipublicae Oratore. P. I. p. 1-237.
P. II. p. 1-224. P. III. p. 1-219. Offonis.

Bernae apud Wagnerum, 1760.

Post multos, qui universae Helvetiae descriptionem libris
 editis complexi erant, primus *I. H. Hottingerus* D. do-
 cta, sed brevi dissertatione, sigillatim de his montibus expo-
 suit, quae typis excusa legitur in *Ephemer. Acad. Leopold.*
I. 9 et 10. in Append. 1706. p. 41. Quem exceperunt
 in *Transactionibus Anglicanis Scheuchzerus*, de altitudine
 montium Helvet. (*Philos. Transact. N. 406*) porro qui de
 glacie eorundem et cristallis disseruit, *Johannes de Muralt*,
 (ib. n. 49) denique *Anonymus*, qui peculiari libello glacia-
 rum Bernensis agri montium naturam descripsit. Inter
 quos multa docte, uti solitus erat, enarravit Scheuchzerus:
 caeteri pauca, nec ea alicuius momenti. Successit *Wolfgangi*
Christeni descriptio montium glacialium Helvetiae, gallico
 idiomate exarata, ipsam quoque mineralium Bernensis re-
 gionis

gionis rationem complexa, sed, quod in plerisque eius generis libris magnopere dolendum, typis nondum impressa. Alia Dissertatio, de glacialibus Fossigniacensibus, inserta fuit Actis Helveticis anni 1743. mens. Maio et Junio. Post hos *Altmanus* V. Cl. singulari libro exposuit inprimis de glaciali Grindelwaldensi, pariterque de Raetslisbergenfi Langhansius. Sed quae ab istis separatim fuerunt tradita, nec de universis Helvetiae montibus, ea nunc multo diligentius copiosiusque exequutus est doctissimus Grunerus, fere ubique propriis observationibus adiutus. Pars prima huius operis continet descriptionem physicam et geographicam montium glacialium agri Bernensis et Vallesiensis, in Sectiones VIII. distributam.

I. Est de itinere versus montana regionis Bernensis, glacie obducta, continetque descriptionem universam geographicam et physicam. Sequuntur speciales.

II. Describit glaciales Oberhaslithalenses ditionis Bernensis, ubi inprimis copiose exponitur de iugo Grimselbergenfi, et de Arolae fontibus.

III. Complectitur glaciales Grindelwaldenses.

IV. Enarrat glaciales vallis Pauterbrunnensis. Hic vero inprimis eminent elegantissima descriptio torrentis in regione villae Eisenfluh, cui apud Helvetios vernaculum nomen *Pletschbach* tribui solet: eius aquae solis lumine tactae iridis radiis fulgent. Similem omnino imaginem vide descriptam P. II. p. 91. Nec omittenda narratio p. 113. fodinarum plumbearum prope Hauros, i. e. ad radices montis Steinberg dicti, et quae in fine huius capituli expressa est pulchra capricorni descriptio.

V. Sequitur de glacialibus Kanderthalensibus, Frutigenhalensibus, et Simmenthalensibus.

VI. Describuntur glaciales agri Saanensis et Aelensis, et fodinae salis in hac regione celebres.

VII. Exponitur de glacialibus borealibus agri Vallesiensis, geographice et historice. Complectitur haec Sectio descriptionem iugi bicornis, quod surgit in latere occidentali maioris montis S. Gotthardi, fontiumque Rhodani, et catarrhatarum.

VIII. Exponitur de glacialibus australibus Vallesiensis agri, quibus glacialibus Fossigniacensibus nomen est. Hae Poenninae sunt *Alpes*, veteribus naturalium rerum scriptoribus, v. c. *Plinio* H. N. II, 80. unde etiamnum superest vallis Pellinae s. Penninae nomen. Certum est, magnum montem S. Bernhardi olim *Montis Penni* et *Montis Iovis* nomen habuisse, non quidem a Poenis s. Carthaginiensibus, qui duce Annibale hunc montem transcenderint, sed rectius a *Deo Pennio O. M.* quam opinionem firmat inscriptio vetus apud Graevium Epist. p. 466. eumque *Iovem* esse arbitratur Cluverius, Ital. ant. p. 339.

Pars altera huius operis describit montes glaciales Italiae Helveticae, et Provinciarum Uri, Foederatorum i. e. Rhaetiae, Glaronae, Abbatiszellae, Suitiae, et Subsilvaniae, Sectionibus IX. quarum

I. Comprehendit montes dynastiarum Italiae Helveticae, eorumque inprimis Alpes Lepontinas maiores, quarum situm, adhibitis quoque veteribus Geographis, erudite descripsit Auctor. Nec omittenda, quae de Comensilapide, ad illustrandum Plinium, observavit p. 11. 12.

II. Enarrat glaciales regionis Uriensis, h. e. Alpes Lepontinas minores. Hic vero inprimis memoranda descriptio carbunculorum, quibus abundant petrae regionis Airoloensis, quae est ad radices magni montis S. Gotthardi, nec non fontium Tefini fluvii. Hanc excipit narratio de situ et viis summi montis Helvetiae, adeoque totius Europae, cui a S. Gotthardo nomen est; quem omnino summae Alpes, quarum meminit Caesar, exprimere videntur. Inde oriuntur fluvii maiores minoresve permulti, p. 26. 27. enumerati.

III. Pergit in recensendis glacialibus Uriensis regionis; ubi inferiter descriptio Pontis diaboli, et mineralium totius montium iugi.

IV. Sequuntur Alpes Rhaeticae, e quibus inprimis montem Adula, seu Avicula, vernacule Vogelberg dictum, depinxit Auctor, unde olim Alpes Adulae nomen habuerunt. Sunt ibi fontes Rheni, in quibus definiendis discrepant inter se doctorum virorum sententiae. Credibile est, hunc fluvium prodire partim e montibus et rivulis fontium circa villam, cui a Rheno nomen

nomen est, partim e monte Cadelino eiusque glacie, partim denique e summo quod inter Lepontinas Alpes eminet fastigio, indigenis Cima del Baduz dicto. Nec hic omittenda via mala vallis Domletsgerensis. Mineralibus optimis abundat universa ista regio.

V. Pergit in describendis glacialibus Rhaetiae. Hic primo recensentur Alpes Iuliae, non confundendae cum illis, quarum Livius meminit L. V. 34. ubi rectius Critici *Invias Alpes*, quam *Iulias*, legendas existimarunt. Nec magis ad Rhaeticas referri possunt *Iuliae Alpes* apud Amm. Marc. I. 31. qui montes agri Veneti hoc nomine designavit. Unde Rhaeticis Alpibus Iuliarum nomen tributum sit, docent haec Sexti Rufi: *Sub Iulio et Octaviano Caesaribus, per Alpes Iulias iter factum; Alpibus omnibus victis, Noricorum P. ovinae accesserunt.* In quarum situ describendo laudanda est erudit. Gruneri industria, qui docet, Iulium montem in summis Europae montibus habendum esse; quam opinionem confirmant celeberrima illa flumina, quorum fontes ex his ipsis fastigiis promanant: Oenus, qui Danubio iungitur; Albula, quae ad Rhenum abit; Meira denique, cuius aquae in Adriaticum mare effunduntur. Ad radices Montium Iuliorum sunt aquae illae salubres Mauritia, quas satis descripsit Scheuchzerus. Quae p. 108. observantur de perpetuo frigore, quo glaciales congeruntur et quasi aluntur, lectu omnino digna sunt. Frigus istarum regionum continetur ventis gelidis, qui e rimis et cavernis glacialium montium perpetuo prorumpunt, aëraque replent ita, ut qui ibi commorentur, in summo solis aestu frigore pereant. In montibus Clavennensibus memorandae sunt Cryptae Aeolicae, quibus tamquam cellis aestate urgente utuntur incolae. Auger hanc regionem Lapis ollaris s. lebetum, qui Comensis est Plinio. Multis variisque Aquis salubribus abundat Rhaetia universa, in quibus diligentius describendis longiores esse, pro instituti nostri ratione, haud debemus.

VI. Sequuntur glaciales Glaronenses. Obiter hic describitur antrum Martis, quod universam rupis longitudinem excavat, tantaeque altitudinis est, ut fere aedes ibi exstrui possint. Aequinoctii tempore hanc cavernam permeant solis radii, pulcherrimo spectaculo. Inter hos ipsos montes altissimus, vernaculo sermone *Toedliberg* dictus, fastigium montis S. Gothardi fere aequat, ceterum glacie obductus, et fere omnino inaccessus. Quod ad fertilitatem locorum attinet, falso statuit Auctor, eam obliquo montium situ augeri: quum enim ibi omnis generis herbae et gramina lineis parallelis crescant et exsurgant altitudine perpendiculari, non possunt ibi simul plures prodire furculi, quam quidem in ipsa planitie. Claudat hanc Sectionem descriptio lacus Sylvatici, qui multa habet peculiaria. VII.

VII. Exponitur de glacialibus Abbatibus Zellae. Nonnulli ex his montibus abundant petrefactis varii generis, pariterque aquis mineralibus et salubribus.

VIII. Describuntur glaciales provinciarum Suitiae et Subsilvaniae, et Dynastiae Engelbergensis. Habet Suitiae quoque regio petrefacta et mineralia multa, quorum tamen vilior est species.

IX. Sequitur denique comparatio glacialium Helveticorum cum Septentrionalibus: quae primum de glaciali mari quaedam erudite complectitur, deinde utitur descriptionibus montium Norwegiae Pontoppidana, Islandiae Horrebowiana, Laponiae Hogstroemiana, Groenlandiae denique Spitsbergiae et Novae Zemblaë. Addit Auctor observationes de montibus Libano, Ararat, Tauro caet. quae legisse neminem poeniteat.

Tertia Pars continet dissertationes philosophicas, quarum

I. Tradit originem, situm, partes, usumque glacialium. Hic imprimis memoranda, quae de erroribus calculorum in definienda montium apud veteres multitudine differunt Auctor p. 18. 19. Olim enim receptum erat, montis altitudinem umbra metiri, unde non potest non nisi fallax admodum prodire numerus. Pag. 28. definit Auctor punctum congelationis, quod est in altitudine 1500 ulnarum supra mare Mediterraneum elevata.

II. Docet, quomodo gignatur glacies in vallibus, agris, et montibus.

III. Ostendit, ex quonam imprimis tempore extiterint. Non possumus probare opinionem Auctoris, qui putat Helvetiam olim fundum maris fuisse, idque propter multa variaque petrefacta marina, quae ibi etiamnum cernantur. Quum enim ipse summam rerum mutationem per diluvium factam concesserit, nonne id quoque fateri debet, ad explicandam originem variorum animalium marinorum, quae etiamnum cernantur petrefacta in Alpibus, sufficere inundationem per diluvium factam, nec opus esse, ut mare simul, adeoque ipsum gravitatis centrum mutatum existimemus.

IV. Explicat variam glaciei naturam.

V. Sequitur de varia glacialium duratione.

VI. Tradit eorum utilitatem, in purgando aere, et gignendis fluminibus. Simul exponit erud. Auctor de praecipuis animalium et plantarum generibus, quae in glacialibus reperiuntur.

VII. Enarrat phaenomena illa noxia et periculosa, quae glacialibus saepe sunt coniuncta. Haec vero dissertatio, uti caeterae omnes, docte et subtiliter scripta est, optima physicae artis disciplina suffulta, genereque dicendi, si quaedam peregrina exceperis, admodum venusto, exornata. In frontispiciis primae et secundae Partis, praeter alia multa aeneis figuris expressa, cernuntur Mappae geographicae duae, universam Helvetiam diligentissimo labore complexae.



NOVA ACTA
ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Martiis et Aprilis Anno MDCCLXV.

LE PITTURE ANTICHE D'ERCOLANO
E CONTORNI, etc.

id est:

*PICTURAE ANTIQUAE HERCULANI, IN AES
incisæ, cum explicationibus: TOMUS III.*

Neapoli, 1762. c. figg. aen. permultis, fol. max.

Hic tertius Tomus picturarum Herculansenium, continens tabulas aeri incisas maiores LX, minores XCII, aequæ ac superiores duo, dedicatus est Carolo III. Hispaniarum et Indiarum regi. Dedicationem excipit lectu dignissima præfatio, utpote quæ de rarissimo horologio ex metallo exponit, cuius pictura præmissa est. Maximi id esse pretii merito existimant doctissimi picturarum interpretes. Quum enim antiqua horologia cuiuscunque generis tantæ sint raritatis, ut vel plurimis rebus et pulcherrimis instructo museo esse ornameto possint: hoc horologium ceteris esse ostendunt multo pretiosius. Cetera enim esse ferè horizontalis, concava, non portatilia, eumque in modum constructa, ut sæpe dubitare possis, sintne reapse horologia, nec ne: hoc vero esse portatile, idque verticale, simplicisque constructionis, quod facile in usum transferre
Nn liceat,

liceat, cuius denique ope ad perfectam notitiam perveniri possit omnis motus solis, eclipticam omnibus mensibus pervadentis. Refert illud figuram petasonis, cuius pes ex anulo, eoque mobili, suspenditur: pars exterior cutis descriptum exhibet horologium.

In cute scilicet septem lineae verticales ductae sunt, sub quibus duo versus continent duodecim mensium nomina. Lineae illae verticales sunt inaequalis longitudinis omnes, ita ut brevissima sit ultima, prima autem longissima. Septimae sextaeve lineae subicitur Ianuarius, Ianuario December: quintae et sextae Februarius, Februario November: quartae et quintae Martius, Martio October: tertiae et quartae Aprilis, Aprili September: secundae et tertiae Maius, Maio Augustus: primae et secundae Iunius, Iunio Iulius. Praeter septem lineas verticales additae sunt septem aliae transversae, eaeque partim horizonti parallelae, partim variae versus horizontem inclinatae. Quae omnia evidentiora reddet figura adposita.

Tab. I.

Diligentes sunt celeberrimi interpretes in usu huius horologii perspicue demonstrando. In subiectis praefationi scholiis docent, quam male hoc horologium descriptum fuerit non modo ab Auctore artis gnomonicae T. VII. Encyclopaediae, verum etiam ab auctore libri, qui inscribitur, Monumenta Peloponnesia. Addunt nonnulla, quae ad historiam antiquitatemque horologiorum sciatericorum pertinent, ostenduntque, unde ab harum rerum cupidis plura peti possint.

Quod attinet ad horologia portatilia, Vitruvius IX, 9. varia horologiorum sciatericorum genera enumerat, in quibus etiam sunt *viatoria pensilia*. Bato, poeta comicus, apud Athenaeum IV, 17. p. 163. Philosophorum aliquem, cui avaritiam, et, quam fere avaritia gignere solet, nimiam diffidentiam velle exprobrare videtur, his verbis alloquitur: *a prima luce circumfers lecythum, identidem considerans, quod intus est, oleum, ut facile alicui opinionem iniicias, te non lecythum circumferre, sed horologium.* Ad quem locum Casaubonus, *notabis,*

tabis, inquit, antiquissimum morem circumferendi horologia, cuius nullum aliud testimonium puto in literis antiquis extare, nisi quod Vitruvius IX, p. horum meminit. Ex qua comparatione loci Vitruviani cum loco Athenaei satis patet, Casaubono Batonem videri loqui de horologio solari seu sciaterico. Si is Bato idem est, qui Balbus comicus apud Plutarchum de adulatoris et amici discr. p. 55. C. ut Fabricius putabat, fuit Arcesilai et Cleanthis aequalis, et circiter CCLX. annos ante N. C. floruit. Sed interpretes Herculenses verisimile esse contendunt, poetam istum comicum, seu Batonem, seu Battum, non tam de horologio sciaterico, quam de horologio quod aqua dividit tempus, hoc est, de clepsydra verba facere. Certe apud Aegyptios inter ceteros sacrorum ministros locum etiam fuisse horoscopo, qui portaret horologium, testem esse Clementem Alexandrinum Strom. VI. Hoc autem horologium videri fuisse clepsydrum, partim quia Mercurius feratur apud Aegyptios, horologii aqua dividit tempus, inventor, teste Horapolline I, 16. partim quia horoscopum, secundum Clementem Alexandrinum l. c. oportuerit in ore identidem habere res ad astrologiam pertinentes, librisque Mercurii comprehensas. Accedit, Batonem loqui videri de lecytho, tanquam vase pellucido; et quamquam constet, ampullas olearias saepe fuisse ex auro, ex argento, ex creta, cornu, et pelle; fuisse tamen interdum etiam ex vitro. Hinc Hesychium explicare *λήκυθον* per *βήσιον ὑαλινόν*; hinc explicari posse dieterium illud apud Athenaeum VI, 12. in quendam, qui in convivio nudus stabat, suris apertis: *ὡσπερ τοῖς ληκύθους ὄρω σε μέχρι πόσου μετέσθῃ.* Denique *ὄληης* voce et Cyprios, et Byzantinos, designasse *λήκυθον*, *ὄληην* autem a Grammaticis explicari, *δι' ἧς ἴσιν ὀπτήσασθαι τὸ ἔλαιον.* Esse quidem et cornu interdum, interdum etiam pellem pellucidam, vitro tamen perluciditatem esse fere propriam.

Probabile igitur videri, Batonem loqui de ampulla nec coriacea, nec pellicea, nec metallica, ut velit Casaubonus: sed de vitrea. Iam vero, quum debeat horologium, et qua

figuram, et qua materiem, respondere ampullae cleariae, quae cum comparetur, conici posse, horologium illud Batonis fuisse clepsydram. Ceterum clepsydris non male nomen horologiorum datum, quippe ab astronomis metiendo tempori adhibitis, id quod constat ex Etymol. in *Κλεψυδρα*, et ex Salmat. Plin. Exercit. p. 462. Ad ultimum ex vitro fuisse clepsydras, traditum a multis, a Radero ad Martial. VI, 35, a Beroaldo ad Apulei. M. III, a Plinii interpretibus ad I. ep. 23. II. ep. 11. Haec adversus Casaubonum doctissimi viri disputant. Quibus hoc unum addere iuvat, hanc observationem de vi vocis *horologium*, multum valere ad explicandum aestum eorum, qui in loco Petroniano c. XXVI. haerent: *Trimalchio, lautissimus homo, horologium in triclinio et buccinatorem habet subornatum, ut subinde sciat, quantum de vita perdidit.* Ad quem locum Burmannus, quomodo, inquit, in triclinio, quo radii solis penetrare non possent, habuerit horologium, non tradit Petronius, quod tamen variis modis potuit fieri, vel ut ad triclinii parietes Soli expostus fuerit positum, vel in loco qui ex triclinio posset prospici, vel alio modo. Quem locum doctissimi explanatores in sequentibus adferunt, et, me quidem iudice, rectissime explicant.

Iisdem ex figura horologii petasonem referentis, occasio nascitur, in petasonis et pernae discrimen inquirendi. Non tamen certo constituere audent, differantne perna et petaso, ut pars et totum, an ut species et genus, an denique eo nomine, quod petasones mustei, hoc est, recenter saliti, nec ficcati, pernae vero et salitae, et aliquamdiu fumo duratae ederentur. De petasonibus musteis Apicius VII, 9. et Martialis XIII, 25. De pernis vero salendis, condendis in dolio vel seris, deque suspendendis primo in vento, postea in fumo, Cato de re rust. cap. ult.

Esse aliquid discriminis inter petasonem et pernam, facile colligas ex Martial. XIII, 54. et 55. ubi poeta epigrammata duo, alterum in pernam, alterum in petasonem, tanquam in duo edulia aliquantulum diversa, leguntur. Quod idem colligas ex Varrone de R. R. II, 4. ubi manifeste pernam

nam et petafonem tanquam duas res secernendas distinguit: etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam pernae to-macinae et taniacas et petafones. Sed quid sit id, quo secernere possis pernam a petafone, et distinguere, hoc vero nondum satis expeditum puto. Qui petafonis partem pernae nomine appellatam putant, non videntur adferre rationem satis certam, qua opinionem suam confirmet. Existimant suae sententiae esse Athenaeum, quum l. XIV. p. 657. ita scribit: *ἔπει δὲ πετασῶνος μέρος ἰκάζω κείται, ἢν πέρναν καλεῖται.* Sed quis iurare audeat, hoc testimonio istam sententiam multum adiuvari? Verba ista *ἢν πέρναν* aequae referri ad *πετασῶνος* possunt, quam ad *μέρος*. Si ad *πετασῶνος* referas, verborum haec vis erit, petafonem etiam pernam dici, eiusque partem cuique convivarum fuisse appositam. Viderint ii, qui talia curant, an, quemadmodum succidia latissime patet, et tam pernam et petafonem, quam lardum continet, ita perna arctiore significatu dicatur de coxis et anterioribus et posterioribus, petafo vero arctissimo duntaxat de posterioribus. Qua differentia admitta, fume, quod nemo non dabit, posteriores porci coxas deliciores existimari anterioribus; et statim lux aliqua affundetur epigrammati Martialis XIII, 54. in pernam:

Cerretana mihi fiet, vel missa licebit

De Menapis: lauti de petafone vorant.

Sunt, qui pernas proprie esse putent porcorum etiam vivorum, non vero petafones: pernas natura fieri, non arte: contra petafones ex pernis fieri, non natura, sed arte, et accedente opera humana: eodemque modo differre gramen et foenum: haec tamen proprietatem nec optimos scriptores semper sequi. Sed hanc explicationem vereor ut illi probaturi sint, qui meminerint, Romanis pernas, vel de Cerretanis et Cantabris, item de Menapis, h. e. de Westphalis missas, fuisse in deliciis.

Progrediamur ad maiores tabulas, quae maximam partem argumenti mythologici sunt, et historici: nonnullae pertinent

tinent ad religionem ritusque sacros: aliquae ad ludos gymnicos, et ad artes ludicras, tanquam saltatricum et funambulorum: item ad quotidianae vitae mores, et ad architecturam: pauculae exhibent fruges et locorum amoenitates. Multae earum sunt argumenti certi: aliquae incerti.

Prima tabula habet Apollinem: secunda Bacchum: utrumque ex pluribus notis facile agnoscas. Apollinis caput ambit nimbus: corona laurea cingit candidum capillum, qui divisus et undans in humeros defluit. Chlamys coloris violacei, sinistri brachii partem operit. Eandem chlamydem a tergo pendulam dextro humero fibula iungit. Sinistra manus lyram tenet: dextra curvae lyrae brachio innitens, plectrum. Ex vultu conicias, deum vel a cantu requiescere, vel carmen meditari. Arae, cui lyra incumbit, iniectus est candidus pannus, seu candida vitta. Subter imaginem Apollinis est iuvenis caput ex parte mutilum, cuius capillus est crispus et niger. Hoc caput Hyacinthum exprimere videtur, cuius facies apud Augustinum in Gemmis, et apud alios, pictae hic faciei simillima est.

Bacchum vero insignem facit iuvenilis, et plena Gratiarum facies, longus et crispus capillus, corona hederacea, quae in modum diadematis gyro duplici ambit frontem: maxime vero vas, quod dextra, et thyrsus, quem sinistra tenet. Nudum est anterius corpus ad femora usque, quae pallio teguntur. Hoc pallium ex humeris ex parte in aram, cui innititur Bacchus, defluens, ad pedes, nudos et ipsos, pertinet. Vas habet duo manubria, a summo ad imum producta. Thyrsus similitudine accedit ad praelongam et nodosam cannam, cuius parti superiori circumvolvitur taenia: summam partem velant hederaceae frondes, ex quarum medio cuspis, seu lanceae, seu hastae eminent.

In scholiis etsi subinde quaedam adferuntur paullo humanioribus non ignota, tamen etiam hanc doctissimorum interpretum diligentiam laude dignam et praedicatione putamus, cum alias ob causas, tum quod eo consilio adferuntur, ut appareat, quanta eruditionis fuerint pictores veteres,

res, quantaque eorum consensio cum poetis, ceterisque fabularum explanatoribus antiquis. Qui docere peculiaribus libris conati sunt, quantopere consentiant ritus nonnulli sacri veterum gentilium cum ritibus sacris nonnullorum Christianorum, ii multa attulerunt doctis lectoribus notissima, nec vero potuerunt non adferre. Sed in bonam id quivis aequus iudex accipit partem, reputans, non quidem nova, sed necessario tamen, sed novo consilio permulta esse ab iis allata. Spencerum quidem aegre ferimus, ideo ad scribendum accessisse, ut ostenderet, Ebraeorum ritus et mores ab Aegyptiis manasse; sed non ideo, quod ad demonstrandum rituum Ebraicorum Aegyptiorumque consensum innumera attulit vulgo satis nota.

Igitur, quum pictor Baccho dedit juvenilem faciem, in qua velut Gratiae sessitent; ostendunt scholia, eandem Baccho dari ab Euripide: quum pictor capillos Bacchi facit longos et crispas; docent, tales ei tribui ab eodem Euripide, et a Tibullo. Cur Bacchus pingatur nudus, cur coronam hederaceam, cur cantharum et thyrsam habeat, explicant ex Philostrato, Sidonio Apollinari, Fulgentio, et Albrico. Cur denique pallium Bacchi sit album, rationem reddunt ex Athenaeo. Denique scholia quaedam sunt comparata ad accuratius definienda ea, quae in tabularum descriptionibus ambiguitatis aliquid habent. Exemplo esto vas istud, quod in hac tabula Bacchi dextra gestat. Scholia docent, hoc vas videri esse carchesium, quippe in quod descriptio carchesii apud Athenaeum V, 7. et Macrobius Saturn. V, 21. conveniat.

In tabula III. est fabula Endymionis et Lunae. Haec dea capillum habet a fronte nodo constrictum, in occipite solutum et fluentem: gestat porro pallam, seu peplum coloris rubri, sed, pro obiectis aliis aliisque rerum speciebus, variantis. Corpus superius est nudum. Videtur summis digitis incedere, et manu Cupidinis ducta Endymioni admo-
veri, qui insidens saxo sub arbore dormit, et ex toto fere nudus est, quia pallium eius sub dextrum brachium desluit, quo

quo tenens digitis duo iacula, saxo incumbit. In humeros descendunt capilli incompositi, quos frontem ambiens fascia constringit. Prope caput cernitur luna senescens, ut nempe omnis dabitatio tollatur, hunc esse Endymionem.

Sicut in pictura Luna habet peplum, ita Orpheus Lunam vocat *τανυπεπλον*: sicut Luna summis digitis incedit, ita apud Lucianum Dialogo Veneris et Lunae *αψοφγητι κατιυσα, επ' ακρων των δακτυλων βαίνει*, ne scilicet expergefatum amasium subito conturbet: sicut nudus est Endymion, ita apud Propertium nudus Endymion cepit Phoebi sororem. Endymion in pictura duo iacula tenet, quia sunt qui eum venatorem fuisse affirmant, ut Lucianus l. c. Scholiastaeque et Apollonii, et Theocriti. Dormientem Endymionem expressit artifex, vel quia sunt, qui eum semper dicant dormire, Lunamque sui in eum amoris fructus nullos alios colligere, quam oscula, Cic. Tusc. I. 92. quo eodem et Sappho respicit apud Ovid. Her. XV, 90. vel quia sunt qui eum testentur dormire triginta annos, Fulgent. II, 19. Dormientem denique fecit sub arbore, ut Qu. Calaber X, 131. Denique nudo Lunae corpori peplum iniecit pictor. Hoc enim tegumentum nudo corpori iniiciebatur, ut observat Spanhemius ad Caesares Iuliani, et colligi potest ex Homer. Od. V. 230. X, 542. Ovid. M. III, 167. vix fatis tuto ex Homer. Il. E. 734. tutius autem ex Callim. h. in Lavacr. Pall. v. 70. sq.

Quarta tabula oculis obiicit arietem Phryxi, et delapsam in mare Hellen. Helle, cuius capillus solutus est et madidus, demersa est in mari pectore tenus, videturque opem et manu et voce poscere: voce, quia os aperit: manu, quam versus Phryxum protendit. Phryxum pannus ruber velat, qui defluens in femora corpus superius relinquit nudum. Hinc moestus et anxius dextram extendit ad opem forori ferendam: sinistra prehensum tenet collum arietis, qui alba lana vestitus ocyus videtur fugere, posterioribus pedibus in aqua existentibus, anterioribus sursum in aera elevatis. Ex utraque parte conspiciuntur delphini, in summa aqua ludentes.

Vete-

Veterem famam et hic sequutus est artifex, id quod omnes fatebuntur, quibus familiaritas quaedam est cum Ovidio, Hygino, Valerio Flacco, Apollonio Rhodio, et Diodoro Siculo. Speciatim quemadmodum conatus Phryxi, studiumque forori operam ferendi hic exprimitur, ita ab Ovidio describitur Fast. III. 871.

*Pens simul perit, dum vult succurrere lapsae
Frater, et extensas porrigit usque manus.*

Eo nomine errasse videri possit pictor, quum arietis vellus dedit candidum. Nam aureum fuisse, quicquid fere poetarum est tradit. Idcirco dicitur χρυσόμαλλον et πάγχρυσον δίσκον. Scholiastes tamen Euripidis ad Medeam v. 7. observat, nonnullos fuisse, qui arietis pellem appellarent purpuream. Scholiastes autem Apollonii ad IV, 177. tradit, lanam arietis Phryxaei a Simonide nunc albam appellari, nunc purpuream. Ecce tibi causam, quae pictorem adducere potuit, ut Phryxaeum arietem alba lana velatum exhiberet. Quo loco liceat hoc subicere, qui vellus aureum, qui candidum, qui purpureum dicunt, hos ne pugnare quidem inter se videri, sed unum idemque sentire. Quum dicitur vellus aureum, interpretari licet vellus pulcherrimum: quum purpureum, licet intelligere splendidum, splendide albicans, pulchrum. Sic accipiendus Horatii locus: *purpureis ales oleribus*: sic locus Albinovani: *Brachia purpurea candidiora nive*. Neque temere factum, ut pictor Delphinos adiceret. Hoc ipso enim vel locum, ubi decidit Helle, vel tempestatem, qua orta decidit, voluit significare. Servius ad A. VIII. 674. observat, mare semper turbari, apparentibus Delphinis. Ovidius autem Her. XVIII, 139. docet, Hellen submersam fuisse, quo tempore vehemens tempestatas esset. Magnam autem delphinorum copiam in Helleponto, et circa Constantinopolin esse, observat Plin. XXXIII, 11. et Philostratus alicubi. Hinc delphini in Byzantinorum numis: Beger. Thef. Brand. T. I. p. 487.

Tabula V. in conspectum profert Nympham erocota, h. e. veste lutea, eaque simbriata, amictam: cuius capilli in nodum collecti sunt, interque se implicati, pedes vero nudi. Obvertit intuentibus dorsum atque, ut vix particulam dextrae malae cernere liceat. Imitatur ambulantis gestum, tenetque dextra florem, ex planta aliqua alta et florecente decerptum. Hic variae cogitationes animum doctissimorum interpretum subeunt. Putant verisimile esse, artificis animo, quum haec pingeret, obversatam vel Floram, quae et Chloris dicitur, fuisse, vel unam Horarum. Nihilominus cornu copiae, quod mulier sinistro brachio impositum tenet, diversisque floribus repletam est, inclinat animos ad credendum, exhiberi aliam deam, et fortasse Fortunam.

Scholia docent, erocotam, seu vestem luteam, aequae Horis, ac Florae convenire. Si accipias figuram pro Hora, tuae opinioni favebit situs et gestus tergum obvertentis. Talis situs indicat velocitatem, quae et Horis et tempori in universum tribuitur. Quod ad cornu copiae, illud et nymphis ceteris, et Horis convenit. Representans quatuor anni partes, cum suo cuiusque symbolo, occurrit inter symbola primi veris in Th. A. G. T. LX. ubi v. Pighius p. 1199. Sed mitti etiam cornu copiae solet in manum Fortunae, ut conicere possis Fortunam a pictore hic esse effictam, quae tergum spectantibus obvertat, ut hoc ipso motu gestuque indicetur levitas et inconstantia huius deae.

Tangunt doctissimi interpretes locum Catulli carm. LXV. 52. in comam Berenices:

— — quum se Memnonis Aethiopsis
Unigena impellens nutantibus aera pennis
Obtulit Arfinoes Chloridos ales equus.

Quem difficilem locum partim ex Aaonio Idyll. XIV. illustrari posse putant, partim ex Plinio VIII, 21. ubi in Aethiopia nasci equos pennatos, Pegafosque dictos, scribit. Sed nobis huic loco maxime lucem adferre videtur illa Vossii, aliorumque observatio, quae docet, ventos apud poetas esse equos

equos alatos. Apud Valerium Flaccum I, 610. Thraces equi sunt venti a Thracia flantes. Apud Catullum ales equus Chloridis; Memnonis unigena est Zephyrus, sive Argestes. quem ventum Chloridi, florum deae, tanquam maritum copulabant. Haec et ad explicandum, et ad excusandum Horatium faciunt, quum scribit, IV. od. 4. Euris per Siculas equitavit undas, i. e. equos suos egit per mare Siculum.

Tabulam VI. quum sumto peniculo artifex pingeret, videtur ei animus in exprimendo Ulyssae fuisse, Penelopes in conspectum veniente, posteaquam procos arcu illo famoso occiderat, quem solus fertur tendere potuisse. Penelope infidet sellae, cui scabellum suppositum est. Oculos habet deiectos, sinistraeque indicem elevatam, quasi indicatura, se ipsam oculorum timere fidem, et metuere ne decipiatur. Gestus viri, extendentis versus Penelopen dextram, prodit Ulyssae verba facientem, narrantemque quae accidissent. Quae autem accidissent, satis et ex arcu remisso, et pharetra sagittarum plena, intelligas. Eundem Ulyssae cognoscas ex pileo: quem praeterea operit vestis rubra, clavo caeruleo praetexta, et chlaena coloris itidem caerulei. Crura velat coloris aurei pannus. Sola facies iuvenilis poterit nonnullorum cogitationes, ab Ulyssae abductas, ad Paridem transferre, supplicentem Oenonae iratae: aut ad Auroram, amatumque ab Aurora Orionem: aut ad Venerem et Anchisen: aut denique ad Cephalum et Procrin. Qui de Calypso et Ulyssae, vale huic deae dicente, cogitant, hi interrogati, quomodo tali occasione Ulyssae arcus conveniat, quid respondeant vix habebunt.

Nec sella mulieris hic sedentis, nec habitus, nec gestus, a Penelope alienus est. Sellam Penelopes describit Homer. Od. XIX, 55. Oculos deiectos eidem tribuit Homer. Od. XXIII, 105. manusque sursum elevatas ibid. v. 37. Ulyssae autem qua re artifex hac occasione magis insignem, quaeso, potuit facere, quam pharetra et arcu, quem tendere poterat solus, et quo procos necarat omnes? Hunc arcum

arcum dederat Penelope antea prociis, ut, si quis eorum intendisset eum, is nuptiis a tam multis expetitis unus potiretur. Qua in re describenda totus consumitur liber XXI. Odyssaeae. Quorum cogitationes ab Ulyssae avocant facies iuvenilis, vultusque ad severitatem non compositus, sed in hilaritatem potius relaxatus, hi ad Homerum a doctis interpretibus amandantur, qui fugit, Ulyssae a Minerva datam figuram senis calvi, antequam in Ithacam perveniret, ne scilicet a prociis agnosceretur: ab eadem dea eum formosi iuvenis speciem accepisse, quum a Telemacho agnosci patrem vellet: denique eiusdem beneficio deae pulcrum et laeta facie enituisse, quum in conspectum Penelopes veniret, v. Od. XVI. 174. 210: XXIII, 156.

In tabula VII. sunt duo conclavia, alterum obscurum, alterum illuminatum: In obscuro pendet ex alto pannus flavus: illuminatum habet portam, cui praetenditur aulaeum viride. Picti videntur tres Amores, quorum primum Venus, cuius tergo haeret Suada, in sinu fovet: secundus nititur ex manibus Indigentiae se expedire: tertius in carcere et in tenebris est inclusus. Mulierculam cum crinibus intortis, veste violacea amictam, gestantemque armillas aureas, recte fortasse acceperis pro Pitho vel Suada, manu humerum Veneris prehensum tenente. Veneris frontem, partemque flavi capilli, velat albus pannus: vestis eius interior caerulea est, viridis exterior, armillae calceique aurei. Haec sedens divaricatos intra pedes tenet parvulum Cupidinem, cuius oculi in ea contemplanda toti sunt. Tertia mulier, quae est pectore eminulo, habetque vittam subalbescentem, capillum incompositum, vestem flavam, manicas virides dimidiatas, quae forte sunt brachialia, calceos denique albos, sedens ex parte opposita est fortasse Indigentiae. Haec sinistra prehensum tenet secundum Amorem, versus sedentem mulierem anxie manus extendentem. Is extra caveam velut pendulus est, avolaturus, nisi Indigentia alis prehensum retineret. Intra caveam sedet tertius Amor, qui manibus alisque evolare nititur.

Pu-

Putant docti Interpretes, tres Amores hic pictos respondere *Ἔγωρι*, *Ἰμῆρι*, et *Πόθει*, a Scopis statuaria apud Pausaniam I, 43. expressis. Quam sententiam adiuvat Plato in Convivio, ubi fingit Amorem nasci ex Poro, deo abundantiae, et ex Penia, dea indigentiae. Nam amor, inquit, est desiderium alicuius boni, quo cares: huius autem possessio est id, quod amor petit. Fortasse non aberraveris, si putes, expressam hic penicillo esse Indigentiam, matrem et nutricem amoris: repraesentari porro tres amoris status, primo statum simplicis appetitus, deinde statum desiderii, tertio statum possessionis: tresque hos status expressos esse in tribus Geniis, quorum primus fruatur in sinu Veneris sua felicitate, sitque totus in contemplatione pulchri: secundus visa Venere conetur evadere ex manibus Indigentiae, Venereque se iungere: tertius, qui clausus in carcere, necdum ex ignorantiae sensuumque tenebris egressus, minus clare videat pulchrum, appetere tamen illud incipiat, seque movere et quaterne pennas, ut evolet. Etiam Cicero tres Amores numerat de N. D. III. Tres et Apuleius distinguit, Platonem sequutus, divinum, terrenum, mixtum. His respondere ait tres animas diversas: primam, quae amet solum spiritum: secundam, quae solum corpus: tertiam, quae nec spiritum nec corpus fastidiat. Praeterea Servius ad *A.* IV, 520: tres Amores producit, *Ἔγωρι*, *Ἀντίγωρι*, et *Ἀντίγωρι*. Sunt qui pro *Ἀντίγωρι* legendum putent *Ἀντίγωρι*: sed *Ἀντίγωρι* defendi potest, et explicari per Numen, quod solvit amore amantem non amatum, quale Numen coluisse feruntur Romani, nomine Amoris Lethaei, celebratum Ovidio R. A. 551. Dea persuasionis, *Πείθει*, Suada, quae hoc loco Veneri iuncta est, fingitur Veneris comes esse et serva apud Pausan. V, 11. et Nonnum Dionys. XXXIII, 110.

Ei pulchra labia, quae oscula provocent, tribuit Anacreon Od. 28 et 29. et pulchros oculos Ibycus apud Athenaeum, fortasse quia oculi maxime amorem producunt. Eisdem flagellum, quo corda percutiat, Pindarus assignat. Eius denique filia fertur Iynx, id est, dea amoris illex. Quo videtur

detur Sophocles respexisse, quum Hippodamiam Pelopi fecit dicentem: *ὁ ψαύρη γὰρ θεοκαρτίαν ἔσταις ἔχεις*, hoc est, illecebras et vim quandam incantatricem oculi tui habent, quae amorem mihi extorqueat. Ceterum caput Veneris velatum, hoc loco Venerem puram coelestemque indicare videtur, de qua cum alii multi, tum Beger. Th. Brand. p. 43. Amor autem ideò in Venere oculos habere defixos, quia amantium felicitas in eo posita est, ut sint semper toti in contemplanda pulchritudine. *Ille mi par esse Deo videtur, qui sedens adversus te, identidem te spectat, et audit.* Plato in Phaedro demonstrat, verum amorem consistere in sola visione et contemplatione pulchritudinis.

Tab. VIII. et IX. habent fabulam de Iove in olorem converso, ut Leda vel Nemefi potiretur. Quae in tabula VIII. pingitur mulier, quum nullum insigne divinitatis habeat, Leda videtur dicenda esse. Alba autem avis quae picta est, similibus anseri quam cycno est. Avem enim, in quam Iupiter se transformavit, alii dicunt grypem fuisse Lycophr. 87. alii cycnum; anserem vero Virgilius in Ciri, et Apollodorus III. In tabula IX. pictor eam famam sequutus est, quae fert, Iovem abditum in cycno Nemefin iussisse. Nam citra dubitationem hic Nemefis potius, quam Leda picta est, quia caput nimbus ambit. De Nemefi Helenae matre Pauf. I, 33. Callim. h. in D. 232. et ad h. l. Spanhemius.

Tabula X. eandem quidem Nemefin exprimit, quam superior, sed non ea specie, non eo habitu, quo a Iove decepta fuit, sed quo detestatur nocentes, et minatur superbis. Sinistra tenet gladium in vagina conditum: dextra exterioris vestis extremitatem de pectore attollit, vultumque indignabundum et austerum sinistrorsum convertit, quasi oculos a re parum grata averfura. Deae huius, quae et Rhamnusia, et Adrastea dicitur, est deprimere superbos, et oppressos extollere. Ea est inimica felicitati immerentium, et adiutrix bonorum miseris conflitantium. De ea Ammian. Marcell. XIV. Anthol. IV, 70, 12. Averran. diss. XVIII. in Eurip.

Eurip. Buonarroti Medagl. p. 220. Sunt qui negent, unquam cum gladio occurrere Nemefin, sed semper cum rota sub pedibus, et cum funda in altera manu, in altera cum freno. Anthol. IV, 12, 72. Sunt etiam qui Nemefi dent alas. Sed hic nec alas vides, nec fundam, nec frenum. Qui his causis moti dubitant, an hic Nemefis exprimat, his considerandum relinquunt docti interpretes, alas duntaxat datas esse Nemefi Smyrnenfium apud Pausan. I, 33. deinde Nemefin esse fortunae similem, immo ipsam fortunam, et denotare vicissitudinem rerum humanarum; tum vero ei symbolum inconstantiae, nempe rotam apponi, v. Averranus et Buonarroti l. c. sed hoc loco Nemefin seu Adrafteam esse velut fatum, hoc est, legem immutabilem, necessariam, et aeternam, filiam quippe iustitiae, ad quam symbolum illud inconstantiae nihil pertineat: denique nec reliqua symbola ita Nemefi consueffe tribui, ut nunquam ab ea absint: eam occurrere saepe cum ramo, saepe cum virga aut baculo, pro quo hic substitutus sit gladius, a Nemefi, iustitiae filia, haud quaquam alienus. Apud Aeschylum Choeph. 948. diferte ei gladium tribui. Gladium illum in vagina conditum non ipsam castigationem, sed minas deae castigationis indicare. Quibus hoc addere liceat, videri gentiles admisiffe duplicem fortunam, alteram coecam, brutam, ab inconstantia et temeritate non seiunctam, faultricem indignorum, de qua Plin. II, 7. alteram constantem, immutabilemque, quam quis virtute recteque agendo conciliet, de qua illud valeat: sui cuique mores fingunt fortunam: et hanc esse Nemefin hic pictam.

Tabula XI. habet tres Gratias, eleganter quidem expressas, facilesque agnitu, quippe saepissime eodem modo, quo hic, pictas.

In Tabula XII. est pictura iuvenis, ad radices rupis in valle frutetosa sub arbore sedentis, panno ita velati, ut corporis anterior pars relinquatur nuda. Ex fronte eius alae prominent, seu pinnae. Pedes muniunt caligae alatae. Iuxta eum assurgit longa virga: et gladius cum capulo aureo in vagina

vagina conditus iacet in rupe, cum fascia aliqua seu balteo. Insidet grandi saxo, sinistra sursum tollens assidentis mulierculae vestem, et corpus eius dimidia ex parte denudans. Ornat eam diadema aureum, et monile ex margaritis: margaritae etiam dependent ex auribus. Sinistrum brachium humero assidentis iuvenis imponitur. Duo seu capita, seu personae, supra et infra inter utrumque apparent. Alterum horum capitum fronde coronatum, in ramo arboris suspenditur: alterum in exiguo trunco paululum humo tollitur.

Doctissimi interpretes varias picturae explicationes adferunt, monentque, fuisse alios, qui Perseo et Andromedae eam accommodarent: alios, qui Boreae et Orithyiae: alios, qui Veneri et Mercurio: alios denique, qui Proserpinae et Mercurio. Interim a verisimilitudine minimum abesse docent sententiam eorum, qui putant, iuvenem, cuius alata fit frons, alataeque caligae, esse Mercurium, et quidem Mercurium $\chi\theta\acute{o}\nu\iota\omicron\nu$, seu $\nu\acute{o}\chi\iota\omicron\nu$, seu $\iota\pi\acute{\epsilon}\nu\iota\omicron\nu$, hoc est, Orcum vel $\Theta\acute{\alpha}\nu\alpha\tau\omicron\nu$: deinde mulierem esse deam Maniam, seu Laram nympham, genitricem duorum Larum: duo denique capita esse duo oscilla, alterum ex arbore pendens, alterum haerens summae perticae, quae expriment duo Lares. Virgula est insigne Mercurii, cui cave putes semper dracones implicatos esse, v. Hygin. Astron. II, 7. Homerus Virgiliusque, quando de Mercurii virga loquuntur, de draconibus nullam mentionem faciunt. Virgula ista, et gladius, Mercurii in animas potestatem significant. Gladio speciatim utitur Mercurius, ut eo abscindat capillum moribundorum, eorumque caput consecret diis infernalibus. Quibus maiorem veritatis speciem conciliabunt nonnullae observationes doctissimorum interpretum, quas breviter adiicere iuvat. Prima est ex Ovid. Fast. II, 559. ubi narrat, Laram nympham amores Iovis et Iuturnae prodidisse Iunoni, Iovemque id aegerrime ferentem abscidisse Larae linguam, nymphamque Mercurio tradidisse in Tartarum abducendam. Quum ambo in Tartarum pergentes pervenissent ad aliquod frutetum, Mercurium intentius conicientem in nympham

pham oculos, formaque eius captum non temperasse sibi, quo minus Laram comprimeret, compressamque geminum partum edidisse, duo Lares. conf. Macrob. Sat. I, 7. Secunda pertinet ad Mercurium. Observat Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 69. Mercurium $\chi\theta\delta\nu\iota\omega\nu$ seu $\nu\chi\iota\omega\nu$ poni pro morte. Ipsa Scholia ad Aeschyli Choeph. 620. Ἑρμῆς exponunt $\Theta\acute{\alpha}\nu\alpha\tau\omicron\varsigma$. Stanleio ibi Ἑρμῆς est Mercurius $\Pi\omicron\mu\pi\alpha\iota\omicron\varsigma$, deductor animarum, qui animas ducere et reducere solet, qui et fatelles Orci dicitur, de quo Virgilius Aen. IV, 242. seq.

*Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.*

Hic Mercurius in eodem Aeschyli dramate v. 1. dicitur $\chi\theta\delta\nu\iota\omega\varsigma$. Idem Mercurius seu $\Theta\acute{\alpha}\nu\alpha\tau\omicron\varsigma$ apud Euripidem. Alcest. 75. adest armatus gladio, quo abscindat Alcestidi capillum. Etiam Servius ad Aen. IV, 694. Mercurio comam morientium secandi munus adsignat. Ibi de Iride poeta loquitur, quae mittitur a Iunone, ut Didoni abscindat capillum, facilitatemque moriendi ei adferat. Quo loco Servius ita: *trahit hoc de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium ei comam secantem, quia fato peribat mariti.* Quod igitur munus Iridi Virgilius tribuit IV, 702. quod idem Proserpinae v. 698. ut scilicet capillum morientium abscindat, hoc idem munus convenit etiam Mercurio. Tertia observatio spectat ad duo capita, alterum in fruteto ex ramo arboris suspensum, alterum trunco impositum, quae vel ipsos Lares significant, vel certe sacrificia Maniae ac Laribus offerenda. Primo Cicero II. de LL. c. 8. tradit Laribus sedem suam fuisse in silvis, quod ipsum et Servius de Laribus vialibus testatur ad Aen. III, 302. Dein non nisi duo capita juvenilia, quorum alterum videtur coronatum esse, exprimunt deos Penates in numo familiae Antiae, apud Bergerum et Vaillantium, non diffidentibus ceteroquin doctissimis interpretibus, Lares saepe aliter pingi. Nam interdum figuram eorum integram exprimi solere, ut patet ex

Tibull. l. XI, 19. et talem eorum figuram in multis esse monumentis antiquis. Interdum exprimi comitatos cane, aut etiam capite canis adiuncto. Si duo capita, pergunt, non lares ipsos significant, erunt certe duo oscilla, seu ficta capita, arbori et trunco appensa. Maniae nempe et Laribus initio sacrificabantur pueri, postea vero, sublato hoc inhumano sacrificio, offerebantur oscilla seu ficta capita. Macrobi. Sat. I, 7. Quum vero antiqui Grammatici de oscillis loquuntur, suspensa fuisse dicunt vel in arboribus, vel in periculis. v. Serv. ad G. II, 389. Aen. VI, 741.

Tabula XIII. continet puellae venustae imaginem, veste et pallio, candidoque capillo, et armis aureis ornatae. Si arcum respicias, quem remissum sinistra tenet, si telum, quod in dextra est, si brachium dextrum ex toto nudum, si nudum ex parte pectus, nudumque humerum, credas esse Dianam, aut aliquam ex nymphis Dianae comitibus, et forte famosam illam Atalantam, quam perhibent primam usam telis fuisse in venandis feris. Sed conspectus duarum vestium, earumque non succinctarum, conspectus porro reliquorum ornamentorum, venatricibus non satis convenientium, dubitationem tibi aliquam iniicere, mentemque tuam alio, et fortasse ad Venerem armatam telo et arcu, vel ad Venerem Cupidini arma surripientem, traducere.

Ut, quid coniecturas istas adiuvet, ostendant celeberrimi viri, haec fere adferunt: arcum in deam *τοξίατρον* semper, arcum vero remissum tum convenire, quum a venatione requiescit. Tum enim, ut Claudianus habet de R. P. II, 31. arcu remisso otia nervus agit. Quo etiam spectare dicas vestem non succinctam, quo habitu Diana est apud Begegerum Th. Br. p. 64. apud Montfaucon. T. I. p. 1. tab. 87. Docent deinde, non modo Dianae venatricis nudum brachium dextrum, nudum pectus ex parte, nudum etiam humerum esse solere, sed nympharum etiam venantium. De Atalantis duabus, quarum altera cum altera saepe confundatur, adeundos monent Hyginum f. 99. 173. 270. Hyginique interpretes, et Perizonium ad Aelianum. Hic sub-

liciunt

licent quaedam de Atalantae armis. Nam controversiae aliquid habet, utrumne missile ea, venabulumque, an sagittas conficiendis feris adhibuerit, discrepantibus ipsorum veterum auctorum sententiis, Oppiani, Appollonii Rhodii, Hygini, Pausaniae, Philostrati. Possit igitur artifex videri de industria hic Atalantam pinxisse simul cum arcu, simul cum telo, quod venabulo quam sagittae similis est, sine pharetra: ut exprimeret rem utramque, coniungeretque duplicem de Atalantae armis famam. Expediunt porro quaestionem, an Dianae nymphisque conveniant armillae, reliquaeque seu colli, seu aurium ornamenta; observantque, nymphas saepe occurrere vel nudas, vel simplici pallio tectas, nudamque ipsam Atalantam esse apud Plin. XXXV, 3. et apud Gronov. T. I. Sed esse etiam nonnullos, qui in numis Aetolorum agnoscant Atalantam cum monili in collo: Beger. Th. Br. p. 468. et apud Montfauc. T. I. p. r. t. 88. n. 4. esse caput vel Dianae, vel alterius venatricis, cum arcu, cum pharetra, cum monili ex margaritis, et cum margaritis ex utraque aure pendentibus. Esse quoque qui ostendant, Hetruscos omnibus peraeque Numinibus dedisse armillas, monilia, inaures. v. Buonarroti in addit. ad Demsteri Hetrur. reg. §. 1. De Venere armata legendum epigramma esse Anthol. IV, 12, 21. et Coluthum de R. P. 19. Moschum II, 75. Begerum Th. Br. p. 170. Venerem denique Cupidini arcum pharetramque auferre in gemma apud Begerum p. 47.

In tabula XIV. vides partes aliquas apri, caput, fetosam pellem, et unguis. Licebit conicere, picturam ad famosam illam venationem Calydoniam pertinere, ab ipso Homero II. IX, descriptam. Quae coniectura si non aberrat, senex ille fere ex toto nudus, cuius pannus post tergum reiectus est, cuius dextrum brachium anaclinterio throni incumbit, cui insidet, cuius denique in sinistra est hasta longa seu sceptrum; senex, inquam, ille erit Oeneus, rex Calydoniae, audiens legatum, eumque stantem. Legati caput pileo tectum est; pedibus soleas adstringunt habenae seu

corrigiae, corpus velat vestis viridis, quae dextrum humerum relinquit nudum: sinistra, cuius digitum minimo proximum annulus ornat, tenet baculum, cui innititur. Imitatur gestum verba facientis, et procul dubio repraesentat legatum Aetolorum. Ex altera parte, qui conspicitur, canis cum collari rubro, cuspidibusque ferreis armato, poterit pertinere ad venationem, occasionem, causamque belli et legationis. Sed canis poterit etiam referri ad iuvenem post sedentis senis tergum stantem, velatum quidem veste, sed nudo brachio, quem Meleagrum dixeris, convertentem oculos in mulierem, quae eius coniux Cleopatra esse videtur, excitans maritum ad bellum, opemque ferendam Aetolis.

Quum sacerdotum sit, et velatum caput habere, et sceptrum, Homer. *Il.* a. 15. quum legatorum sit, habere soleas pedibus adstrictas, ut demonstratum est T. I. et II. harum picturarum, quum denique baculus sceptrumve sit symbolum legatorum, Feith. *Antiqu. Homer.* I, 4, §. is, qui in pictura stat velato capite, cumque scepro, poterit esse ex sacerdotibus, quos Homerus IX, 571. missos ad Oeneum Meleagrumque scribit. Quod ad anulum legati manum ornantem attinet, etsi Plinius XXXIII, 1. ex Homeri silentio colligit, Troiani belli temporibus annulorum usum fuisse nullum; Picturarum tamen harum Tomo I. tab. §. n. 9. et 10. et Theseus, et puella quaedam, habent anulum in digito. Legatis autem praecipue datum anulum Plinius l. c. scribit, qui nempe annulis uterentur ad signandum. *Macrob. Sat.* VII, 13.

In tabula XV. insidet sellae mulier, cuius sinistra manus vestem albam laevo humero fibula annectit, dextrum autem brachium anaclitico sellae imponitur. Tecta est panno tanquam pallio, pedibusque subiectum habet scabellum. Adstat ei vetula, gestu corporis festinationem prodens, quae iuvenem prope stantem alloquitur, velatum chlamyde ex humero pendula, cuius animum vetulae dicta horrore videtur perfundere. Quid multa? Videtur pictura ad Hippolytum

lytum pertinere, quem inexpectata nutricis vetulae oratio, de pudendo et incesto novercae in se amore, perturbat. Sed qui considerabunt longam in manu juvenis hastam, qui oculos in equum convertunt, extra illud conclave, ubi praecipua res agitur, comparentem, in equum, inquam, cuius dorsum pannus velat, pectus luna distinguit, qui capistrum habet, et oream, et frenum, quo prehensus tenetur ab aliquo puero, quem brevis vestis, vixque ad genua demissa operit; qui, inquam, haec considerabunt, illis fortasse in mentem veniet Pelei, qui, ut cum Horatio loquar, fugit abstinens Magnessam Hippolyten, Acasti, hospitis sui, conjugem.

Euripides in Hippolyto in scenam inducit et nutricem vetulam, et Hippolytum, et Phaedram, deque omnibus eadem fere tradit, quae hic ab artifice expressa sunt. Hasta hic est instrumentum venatorium, et equus est equus venator. Hippolytum vero se crebro exercuisse venando, satis constat. Hinc Phaedra apud Euripidem Hippol. 221. 230. et venatrix esse, et equorum domitrix, et hastam vibrare cupit, ut sociam se dare dilecto Hippolyto possit. Erunt, qui hunc equum pertinere putent ad genus mortis, qua Hippolytus periit, a consternatis equis dilaceratus. Fabula de Peleo est apud Schol. Apollonii I, 224. Schol. Aristoph. ad N. 1059. aliosque. Ex Poetis alii hastam, alii machaeram tribuunt Peleo, qui in Thetidis nuptiis equos a Neptuno accepisse fertur, hastam a Chirone. Sunt qui picturam nec ad Hippolytum, nec ad Peleum referendam dicant, sed ad Bellerophontem, qui eandem subiit sortem, quum fastidivisset Stenoboeam, quam Hippolytus et Peleus, quum alter Phaedram, alter Astidamiam sprevisset.

Tabulae XVI. XVII. XVIII. tres Oceanitidas nymphas, vel Nereidas, exhibent. Prima in dorso hippocampi protensa iacet: secunda tigridi incubat, vel potius pantherae marinae, in auream pateram ex poculo aureo liquorem versans, quem monstrum lambendo sorbet, cuius pellis caerulea maculis fuscis rotundisque distincta est. Tertia insidet

tauro marino, caput versus nympham flectenti, quae monstri collum brachio complectitur. Huius nymphae picturae subiicitur imago centauri, cui sub dextro brachio pollex infunditur, sinistrum humerum operiens, et super pectore nodo constricta. Dextram eius baculus vel ramus gravat, sinistra supra caput sublata, quasi ex fronte hispida et volitantes capillos amotura.

De picturis huius generis consulere licet Plinium XXXVI, 5. Philostratum Heroic. 19. Pausaniam V, 19. Lucianum Dial. Zephyri et Noti: Moschum in Europa 115. Begerum Th. Br. p. 194. aliosque. Ceterum hic tribus Nereidibus est figura formosarum puellarum. In aliis picturis vulgo pro Nereidibus accipiuntur etiam monstra, turpiter atrum desinentia in piscem, mulieres formosae superne. Docti interpretes observant, has non tam Nereidas existimandas esse, quam Nereidum ancillas, Tritonis filias, formam patri ita similes, ut ex parte homines sint, ex parte pisces, secundum Philostratum II. Imag. 18. Quod hic in nympa tigridi incubante penicillus, idem stilus Claudiani expressit, de Nupt. Honor. et Mariae v. 159. sq. ubi poeta ita:

— — *Hanc pisce volutam*
Sublevat Oceani monstrum Tartessia tigris.

Illaverba, *hanc pisce volutam*, significare docti interpretes arbitrantur Nereidem ex parte hominis corpus, ex parte piscis habentem. Quum vero nullus poetarum Nereidas faciat bifformes, Homero Thetidem vocante ἀργυρόπτερον, Hesiodo Amphitriten ἰσχυρὸν etc. Orpheo autem h. in Nereid. XXIII. v. 5. Tritonum potius quam Nereidum figuram describente, censent, apud Claudianum legendum *voluta*, et hanc vocem referendam ad tigridem marinam in piscem desinentem. Sed nec recepta lectio *volutam* alienam Nereidi figuram dabit, si praeunte Burmanno explices *delapsam a pisce, quo ante vehebatur, sublevat tigris*. Errare igitur existimandi sunt artifices, quoties pingunt Nereidas, quae dimidia

media ex parte pisces referunt. Pictoribus sculptoribusque, qui exprimunt tales nymphas quasi inferne pisces, errorem iniecisse videtur facilitas illa, qua feruntur Nereides per aquas et super aquas. Cui errori fidem addidit opinio vulgi, et falsa peregrinantium narratio. Neque Homerus, neque Hesiodus, fingit Nereidas piscibus vestas. Homerus v. c. comparat Leucotheam cum ave super aquas volante Od. V. 337. Nonnus Dionys. VI, 307. illis tribuit *δέον μὲν διστόν, facultatem in aquis ambulandi.* A quibus abeunt alii Poetae artificesque, exhibentes Oceanitidas Delphinis, Tritonibus, similibusque vestas monstris.

In tabula XIX. sub rupe, ad radices arboris, sedet fere nudus, nec nisi pelle in sinistrum semur defluente tectus Marsyas, senex, docens Olympum tibia canere, eaque paxillis quibusdam instructa, quorum usus esse aliquis videtur in aperiendis claudendisque tibiae foraminibus, ad variandum sonum. Marsyae hispida sunt capilli, barba densa et promissa, acutaeque nares. Sed facies eius nec trux est, ut alias, nec hispida, nec frons cornuta.

Consent celeberrimi interpretes, parachronismum hic a pictore admissum, qui tibiae Marsyae paxillis istis instruxerit. Nam primum fuisse Pronomum Thebanum, qui variare tibiae sonos sciret, Pausan. IX, 12. Athen. XIV, 7. Marsyam autem victum fuisse, quia variare modulationem nesciret. Hygin. f. 165. Sed huius parachronismi hi demum arguent pictorem, qui paxillos istos non nisi variando sono inseruisse certum habent, locumque Hygini, obscuriorem fortasse, quam ut inde tuto aliquid colligere liceat, ex mente doctissimorum virorum interpretantur.

Tabula XX. tria continet: primo iuvenem alatum, cuius caput corona ex frondibus ambit, sinistrum brachium parvus pannus, isque flavus velat, dextram pedum gravat: secundo mulierem, quae intuenti tergum obvertit, quae sinistra thyrsum cum taenia praefert, dextra vasculum: tertio senem calvum, barbatur, coronatum pampino, veste aliqua indutum, ex sinistro brachio ita defluente, ut non nisi
corpus

corpus inferius, pedesque tegat. Sinistra tenet baculam frondentem praelongum, cui serpens circumvolvitur.

Docti interpretes incertum relinquunt, sitne prima figura Bacchi, an Fauni, an Amoris victoris, quum hi omnes alati interdum occurrant; sitne mulier medium in pictura locum tenens Baccha aliqua, an puella initianda Bacchi mysteriis; sitne tertia figura Sileni, an Aesculapii, an Bacchi Indici, qui barbatus et senex exprimi solet.

Tabula XXI. in proiectione cuiusdam coronae seu cornicis exhibet Scyllam, dimidia ex parte mulierem, qua vero definit mulier esse, in duas partes squamosas divisam, tanquam in duas caudas piscarias; intra quas tria monstra prodeunt, lupus marinus, vel canis, qui iuvenis cuiusdam pectus dentibus petit: equus marinus, qui mordicus inhaeret pueri alicuius capiti: denique alius equus marinus, qui alicuius humerum morfu petit. Tria haec monstra pectore tenus conspicua sunt. Scylla gubernaculum utraque manu sustinet. Falciola quaedam ex humero sinistro infra pectus delabitur, cuius extremitates, ubi se secuere, quasi divaricatae diducuntur.

Observant docti interpretes, ex ea parte corporis, quae index est sexus, in Scylla saepe lupos, saepe canes, saepe alia marina animalia prodire, et hoc insum intelligi ex Tarsensium numis.

In tabula XXII. mulier incognita, quae esse Vestalis videtur, vel alia sacrorum ministra, insistit fragmento alicuius coronae, vario colore pictae, quam columna, cum quibusdam ornamentis in utraque extremitate, sustinet. Ornamenta similitudine accedunt ad aplustria. Vestis mulieris exterior similis crocotae, hoc est, tuniculae toti clausae, cum manicis amplis, descendenti ad cincturam usque, coloris sabrubri, quae aliis vestibus saepe iniiciebatur, saepe vero etiam vestis interior erat ab indusio vix diversa.

In tabula XXIII. est mulier, conspiciendam praebens partem corporis dextram, nudam fere usque ad cincturam, nudumque omne pectus, satis emiautum. Dextra, in cuius
carpo

carpo est circellus aureus, praefert lyram flavam quinque chordarum, quam digitis tangit. Pars longi albique capilli defluit in humeros: pars intorta est, et corona hederacea coercita, cuius aliquot frondes sinistrae imminet fronti. In capite habet ornamentum, simile illis, quae in capite figurarum Aegyptiarum visuntur.

Quum hedera sit et bacchantibus propria, et poetis, credibile est, hic poetriam citharistriam expressam esse. Citharistrias in publicum prodisse saepe immodestius vestitas, et prope nudas, res nota est ex Athenaeo XIII, 9. p. 607. et ex Bulengero de Conviv. III, 30. Si femina, de qua agitur, picta modestius esset, ea veri similiter Corinna dici posset, de qua Pausan. IX, 22. Alian. V. H. XIII, 25. ibique Perizonius. Sed ille ipse immodestus habitus pondus aliquod eorum opinioni addet, qui Sapphus hanc esse imaginem arbitrantur, de cuius effrenis amoribus, carminibusque lascivis, satis constat vel ex Ovid. A. A. III, 331. Sappho ipsa de se apud eundem vatem Heroid. XV, 121.

*Non veniunt in idem pudor atque amor: omne videbat
Vulgus: eram lacero pectus aperta sinu.*

et v. 140. — — in collo crine iacente feror.

Quid similis huic picturae esse, quam haec descriptio, possit? Haec eadem Sappho in numis Mitylenaeis exprimitur habitu citharistriae, et cum lyra in manu, non aliter ac hic. Quod ad ornamentum in capite attinet, tutulo simile, illud non esse aliud, quam solitum adminiculum muniendis stabiliendisque statuis, coniciunt docti interpretes.

In tabula XXIV. duo insunt: primo iuvenis nudus, solum aliculam, hoc est chlamydem puerilem indutus, quam dextro humero fibula annectit. Utraque manu aureum vas tenet. Capillum eius compositum fasciola constringit. Videtur esse Hylas, Herculis ille comes, a nymphis raptus. Secundo inest iuvenis, itidem nudus, cum chlamyde, capilloque ornato et crispato, cuius in sinistra est stibellum ex penis fortasse pavonis: in dextra corona radiata. Dubites,

sine puer ministrator, an pincerna, an alius, quem referre ad Hylam possis.

Hylas apud Gronovium A. G. T. I. est in marmore. Pingitur cum chlamyde, quia puer; cum hydria in manu, quia ad petendam aquam ab Hercule missus est. Secundus in hac tabula iuvenis esse Ganymedes videtur, pincerna Iovis. Corona radiata multis quidem Numinibus convenit, sed praecipue Iovi. Flabellum autem est insigne pueri in convivio ministrantis. Quibus haec explicatio displicet, his per doctos interpretes licebit puerum intelligere unguenta in vase portantem, cuiusmodi pueri poeta aliquis meminit apud Athenaeum IV, §. p. 137. Lectu quaedam non indigna habent docti interpretes de flabellis, de vario eorum usu, structura, materia, deque servis flabelliferis, quibuscum coniungere iuvabit ea, quae leguntur apud Casaubonum ad Suet. Aug. 82. In Calendario Lambecii quarti Seculi in Thef. A. R. VIII, p. 100. est pictura mensis Augusti, quem exprimit iuvenis bibens, et flabellum tenens ex plumis pavonis, quod huic nostro flabello simillimum est.

In tabula XXV. duo sunt: primo senex nudus, incomposito capillo, barbaque inculta, baculum tenens manu, sedensque. Si verum esset, quod scribit Scholiastes Iuvenalis XIII, 121. Gymnosophistas dictos Cynicos, quod incederent nudi, posses prope citra errandi metum dicere, hic Cynicum expressum esse. Sed primo in Scholiis, quae quidem Henninius et Schrevelius edidere, nil tale legitur, et si legeretur, cum doctis interpretibus id verum esse negarem. Cynici enim tribonio velati, non prorsus nudi incedebant. Secundo in hac tabula pictus etiam est iuvenis robustus, ex toto nudus, cuius sub brachio est discus flavus quem dextra prehensum fert. Non fallentur, qui discobulum pictum existimabunt. Et reliquos athletas, et qui discum iacerent, solitos, si non semper, saepe tamen vestes exuere, satis constat. Apud Lucianum in Anacharside discoboli

coboli dicuntur nudi. Apud Mercurialem A. G. II, 7. discoboli aliqui vestiti sunt, aliqui nudi.

In tabula XXVI. est primo muliercula, fellae aureae insidens, superiorem corporis partem nuda. Panni, corpus inferius velantis, ora est candida. Inspicit in speculum, quod dextra admovet oculis; sinistra partem albi capilli attollit, capillo reliquo in collum humerosque defluente. Fortasse nihil coniectura aberrant Interpretes, quum dicunt, hanc mulierem Venerem esse comas componentem. Huic mulieri e regione insidet aureae fellae, cui etiam sinistra incumbit, vir non barbatus, cuius capilli sunt breves et incompositi, superiore corpore nudo, inferius panno flavo velante. Dextrum brachium supra caput extendit. Coniiciunt Interpretes, Vulcanum esse, a labore requiescentem.

Speculum saepe esse insigne Veneris, ostendunt Interpretes ex loco Athenaei XV, 10. p. 687. et Callim. h. in Pall. 20. ubi poeta Venerem non aliter describit, quam hic manus artificis expressit. Adduntur nonnulla de speculorum veterum forma, materia, et usu. Qui perpendent, hic virum nec claudicantem, nec deformem, nec senem cum densa barba, nec cum pileo, nec cum martello, nec forcipe pictum; hi vix de Vulcano hoc loco cogitandum putabunt. At Montfaucon T. I. p. I. l. III. c. 1. observavit, in antiquis monumentis Vulcanum nec claudicantem, nec horrida deformique facie fingi. Dein quum pingatur hic Vulcanus non opus faciens, sed a labore requiescens, nihil attingebat vel instrumenta artis, vel velamentum capitis adiacere. Denique Scholiastes Sophoclis ad Oed. Col. 56. discrete testatur, Vulcanum etiam forma iuvenili pictum fuisse.

Tabula XXVII. exhibet imagines duarum puellarum. Altera humi sedet, dextro brachio ita innitens, ut manus solo incumbat. Dimidium corpus est nudum: reliquo dimidio, et parti dorsi involvitur pannus, qui et sinistrum pedem nudum relinquit. Sinistra manu praefert grandiusculam frondem, qualem fere Antiquarii esse vel Adspersorium putant,

putant, vel flabellum. Corona ex viridi fronde, et fortasse ex hedera et pampino, coercescens album capillum, qui flexus et in ordinem digestus, nodum in capite efficit instar taeniolae prominulae. Ex auribus pendent tenues circelli aurei. Altera puella, superiori non abfimilis, itidem sedet. Pedes et femora involvit pannus, qui dorso infunditur, partemque dextri brachii operit, quod cymbalo innitur, cuius oram virgae quaedam aut tintinnabula ambiunt. Manu sinistra cornu praefert. Ex auribus pendent margaritae. Coma est candida, et ex toto corona frondea velata.

Composuisse comam altera mulier doctis interpretibus videtur ad eum modum, qui dicitur *galea*, in Inscript. apud Pignorium de Servis p. 392. Schol. Iuvenal. VI, 120. Nam in hac pictura capilli conspiciuntur in nodum coacti in summitate capitis, ad imitationem cristarum in galea. Et quum corona hederacea, et pampinea, quum frondes pro flabello adhibitae, quum denique cymbalum et cornu ad bacchantes pertineant: coniiciunt doctissimi Interpretes, mulieres hic pictas esse bacchantes, a saltatione et computatione requiescentes, vel esse nymphas Bacchi nutrices. Quae explicatio illis magis placebit, qui sessionem et quietem convenire Bacchis negabunt.

In tabulis XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. sunt quatuor mulieres, quas ex vestitu, motuque capitis, gestuque, ex habitu motuque pedum, colligas esse Bacchas saltantes. Et si vero saltare videntur omnes, vestitu tamen, et situ corporis, et habitu, inter se differunt. Primae albam comam mitra seu fascia cingit. Vestis ampla, longa, flava, pellucida, corpus totum, simulque manus et caput tegit, in quo attollitur aliquantulum et intumescit. Caput ita reflectitur, ut mulier retrorsum oculos conicere videatur. Secundae caput ambit corona hederacea: capillus autem est solutus et fluens. Caput retorquetur versus humeros. Sinistra in altum sublata, et post cervicem missa, totumque extensum brachium partem posteriorem vestis longae, patulae, et pellucidae, sustinet: anteriorem vero dextra, Soleae operiunt so-

las plantas. Etiam tertiae est vestis patula et longa, eaque thalassina, tantaeque tenuitatis, ut nebula linea potius addita corpori videatur, quam velamentum. Ea ita collo, posticoque capiti circumvolvitur, ut efficiat velut cuculum. Altera eius extremitas ex humeris funditur, altera manu mulieris attollitur. Eiusdem mulieris in sinistra arcula est, qualis obvia esse solet in cerimoniis pompisque bacchicis. Quarta mulier thyrsus cum taenia pendula habet, capite pampinea corona cincto. Dextra in capite sustinet canistrum, in quo rami sunt et frondes, quae magna ex parte panno flavo velantur. Longae et fluentis vestis parti cista in capite incumbit. Fasciola flava ambit carpum dextri brachii: favi sunt etiam calcei et calceorum vincula.

Non est praetereundum, quod hic docti interpretes ex Athenaeo XIV, 6. p. 629. observant, nempe artifices, ut suas figuras exprimere eo motu possent, qui plus gratiae haberet, imagines earum petiisse a saltantibus. Ex eo enim efficitur, non esse prorsus certum, mulieres, quae saltantes exprimuntur, revera esse saltatrices.

Tabula XXXII. duas quidem picturas habet, sed eiusdem argumenti. Exprimuntur iis duo Satyri, vel potius duo Fauni funambuli. Primi Fauni et corpus totum, et facies, est rubra. Capiti eius pannulus, vel pellis flava, instar petasi, iniecta est. Alius pannus viridis in sinistro est brachio, et thyrsus in humero. Funis, in quo Faunus dextrum brachium extendens saltantis gestum imitatur, desinit utrinque in ornamenta quaedam, quae sunt ex frondium implexu atque contextu. Haec transversa per totam picturam producta tres sinus efficiunt, quorum medius est minimus, qui fune clauditur. Duo reliqui sinus, qui sunt ad utrumque latus, desinunt in duo nodos, et clauduntur seu encarpo, seu hasta, seu thyrsu rectilineo, qui vicem funis gerit. Ex sinu unoquoque medio catellae pendent, quae vasa sustinere videntur.

In Scholiis, cum alia scitu digna exponuntur, tum varia genera funambulorum.

Tabula XXXIII. exhibet duodecim funambulos. Primus est coloris prasini, tenens dextra urceolum, sinistra phialam, in quam ex illo liquorem infundit: secundus ruber habet citharam: tertius, et quatuor tertium sequentes gestant thyrsos, diversoque motu saltant, et ipso motu aequilibrium aequabilemque gressum quaerunt in fune: quintus praeter thyrsum etiam phialam tenet: octavus ruber canit tibiis: nonus itidem ruber portat lyram. Trium ultimorum primus habet lyram: secundus instrumento, ut videtur, carens, ambo extendit brachia: in tertii sinistra est patera, in quam vinum ex vase defluit cornu speciem habente, quod in dextra est. Petasi, vel pelles flavae, velant cunctorum capita: pelles etiam aliorum ex brachiis pendent, aliorum in humeris volitant.

Hoc loco praeter alia docti interpretes observant, vasa illa, ex quorum parte inferiore in modum aquae salientis liquor manaret, dicta fuisse *ψύσσις, ψυρά*, ex Athenaeo p. 497. Hinc Martiali *rhytia* esse pocula cornuum instar habentia.

In tabula XXXIV. sunt quatuor picturae orbiculatae, quibus totidem Genii, cum variis symbolis, vel ad Bacchum, vel ad convivia pertinentibus, exprimuntur. Primi caput cingitur fascia, chlamys sinistro humero alligata sub dextro brachio defluit. Sinistra tenet pateram, dextra aliud vas, ex quo in pateram liquor infunditur. Secundi Genii e tergo pannus pendet, manu tenentis vas ansatum, idque grande et cylindraceum, dextra pateram, quae femori imposita est. Tertius humeris portat capreolum: quartus ambabus manibus vas cylindraceum turriculae simile.

Etiam XXXV. tabula eiusdem generis quatuor Genios subiicit oculis. Primus saltantis speciem prae se fert, sinistra tenens aliquid calathae simile capiti impositum, dextra autem thyrsum cymbalumque cum tintinnabulis: secundus ambabus manibus portat vas aureum utrinque ansatum: tertius dextra poculum tenet, sinistra urceolum, fortasse vinum aqua temperaturus: quartus solus alis caret, capitique impositam portat concham, manu sceptrum tenet.

In

In tabula XXXVI, duo insunt. Primo humo aggestae marmorea mensa imposita est, cui stylobates itidem marmoreus incumbit, cum statua senis, qui Priapus videtur esse. Is est barbatus, coronatus frondibus, et veste amictus ad pedes demissa, ipsaque brachia et manus operiente, et circa medium corpus aliquantulum prominula. Ramus palmae iacet in mensa, prope quam est vas, cui insculptae sunt frondes, cum ansa longa rectilinea, cui implicatur fasciola. Super mensa, ad imum stylobaten, sunt duo incognita instrumenta. In altera pictura marmoreae basi impositus est Hermes, habens caput senis barbati, coronatus frondibus, cum ansis, unde coronae frondeae pendent. Humi ex una parte iacet fragmentum columnae marmoreae, cui incumbit ramus palmae: ex altera parte concha, insistens tribus pedibus, unguarum speciem prae se ferentibus, Hermae innititur circulus ex aere, quibusdam cuspidibus munitus, qui fortasse est trochus, vel rhombus magicus. Docti interpretes monent, apud Aristoph. *Lystr.* 981. in scenam induci legatum, eodem modo vestitum, quo hic senex est. Hunc legatum a non nemine compellari his verbis: *Σὺ δ' εἴ τις πότερον ἀνθρώπος, ἢ κορίσσωλος;* esne tu homo, an Conissalus? ibique iudice Scholiasta Conissalum esse deum Priapo similem: Synesium porro cunctos deos libidinosos vocare Conissalos ep. 3. Quod attinet ad incognita illa instrumenta, ea esse docti viri putant vel duas tibias, quibus locus in festis Priapi erat, vel duo frustra ossea seu metallica, quae crotalorum instar concutiantur, vel duo phallos, Priapo offerri solitos. His adduntur quaedam de Herme, de rhombo et trocho magico, cuius usus aliquis non minus in re Venerea, quam in sacris bacchicis. Ad cuspides in rota seu trocho prominentes referendum putant docti viri locum Propertii III, 12, 6.

Increpat et verfi clavis adunca trochi.

de quo conferre non pigebit Raderum ad Martial. XIV, 168. et Hieronym. Mercurialem A. G. III, 8.

Tabula

Tabula XXXVII. et Bacchum oculis subiicit, et Satyrum, et Priapum. Bacchum vides inter multas arbores vi-tesque ridentem. Caput eius coronatum est frondibus floribusque. Promissus capillus, et annulatum crispatus, in humeros defluit. Caput ornat diadema cum taeniis, quae in capitis summitate constrictae velut duo cornua efficiunt. Pellis ex dextro humero descendens, et per pectus fusa, ambit utrumque latus. Longus pannus laevum humerum ex toto tegit, item brachium, laevumque crus et pedem. Ocrea ex pelle ferina dimidium cruris, et pedem munit. In sinistra est longus thyrsus, cui fasciola est alligata: in dextra cornu, in tres cuspides definens. Ex cornu inverſi orificio vinum partim in pateram, partim in pectus Satyri defluit, pateram sinistra tenentis. Satyrus humi iacet, dextraeque innixus surgere conatur, surrecturus etiam, ni Bacchus pedem imponeret eius ventri, qua pars hominis coniungitur parti caprinae. Ex altero latere picturae conspicitur Priapus sub arbore, cui vitis haeret, super alta basi vel ara quadrata. In dextra eius videtur canna fissa esse, in sinistra aliud instrumentum non satis cognitum. Duae perticae, quarum altera praelonga est, ex capite surgunt.

Bacchum floribus coronari, diadema gestare, cornutum exprimi, pellibusque cinctum, ocreatum, cornuque pro poculo uti, satis notum. Illud incertum, quid sibi tres cuspides in cornu velint, sintne additae ut prehendi tenerique manu possit cornu, an ut telum Bacchi trifidum indicent, an aliam ob causam. Instrumentum incognitum in Priapi manu est, fortasse falx Priapi propria, Virg. G. IV, 111. aut crotalum, seu arundo fissa, v. Priapeia c. 26. Apud Begerum Th. Br. T. III. p. 264. Priapus cum crotalis, seu arundine fissa, exhibetur. De arundine in Priapi capite fixa Horat. I. Sat. 8. v. 6. sq.

In Tabula XXXVIII. basi rotundae, sub arbore patula, marmorea statua insistit, Bacchum barbatus oculis offerens, indutumque veste talari, cui lorica muniendo pectori esse injecta videtur. Caput ornat seu corona radiata, seu galea.

Suſtra

Sinistra praefert thyrsum, seu hastam cuspidis opertae: dextra cantharum. Basi adiacet palmae ramus, et crater inversus ex metallo, in quo ruber liquor: item agni caput, et hydria. In quodam monticulo collocatus est grandis discus metallicus, isque ansatus, in quo nux pinea, fruges aliae, et in medio aliquid serpenti simile.

Ex subiectis observationibus intelligere licet, Bacchum Indicium, auctore Diodoro III, 63. *καταπύργια* dictum, item Lenaeum, qui arma per universum orbem circumtulit, vineasque conferendi, et vinum torcularibus exprimendi, rationem docuerit. Bacchi barbati meminisse etiam Pausaniam V, 19, qui et in numis Naxiorum, Catanensium, Thebarum occurrit, apud Begerum Th. Br. p. 15. 432. Loricae denique pertinere ad Bacchi virtutem militarem, qui *Ἐνυάλιος* a Macrobio I, 19. et *Ἄρσιος* ab Orpheo, dicatur. Ad ultimum, praeter vinum, cantharum, serpentem ad Bacchum pertinentem, propriam eiusdem Numinis esse nucem pineam: idcirco talem nucem fere esse in summitate thyrsi. v. Suid. in *κισνοφόροις*, et Clemens Alexandrin. in *Protrept.* p. 11. sq.

In tabula XXXIX. tropaeum super arboris trunco ex spoliis hostilibus solito more constructum est. Ei adstat ex una parte Victoria alata, martellum dextra tenens, ex altera parte victor, dextra tenens vexillum quadratum, quasi illud in tropaeo collocaturus, sinistra longam hastam: coronatus herbis, frondibus, lemniscis. Pectus eius aegis munit cum capite Medusae. Sub pectore balteus est cum manubrio parazonii. Sagum habet et chlamydem, et ocreolas, in quibus duo capita apparent.

Quae in observationibus addita sunt, docent, antiquissimis temporibus tropaea constitui consuevisse in truncis arborum, olimque opinionem fuisse, superbiae esse intolerandae, ponere tropaea durabilia ad conservandam sempiternam memoriam cladis victarum gentium. v. Wesseling. ad Diodor. XIII, 24. Plutarch. Qu. Rom. 36. Sed postea tropaea coepta fieri ex marmore et metallo. Pausan. II, 27.

V, 27. Spanh. m. ad Iul. Caes. 239. Thebanosque, quod victis Lacedaemoniis tropaeum ex aere fecissent, accusatos apud Amphictyonas fuisse, Cic. de Inv. II, 23. Nec Domitium Aenobarbum, nec Fabium Maximum laudari, quod primi Romanorum fecerint turres, quibus spolia adfigerent, Flor. III, 2. Strabo IV. p. 186. Ceterum Virgilium tropaeum tale, quale hoc est, describere Aen. IX, 5.

Tabula XL. famosum equum Durateum exhibet, qui Troiam deducitur. In hac pictura Troia pinnis ornata est, turribusque cincta, non secus ac tabula in Iliaca apud Fabretti de Col. Trai. p. 314. In hac equus Durateus pelles in dorso habet loco sellarum. Equi pedes insunt magnae tabulae, sub qua orbis est ligneus, qui videtur rota machinae esse, de qua Virg. Aen. II, 235. Tryphiodor. 98. et Qu. Calaber XII, 417. Machina insunt tabulae, ex qua funes prodeunt, seu stupea vincla, quae collo intenduntur, Virg. II, 236. Funes trahunt homines, mirabilem in modum vestiti, personati, et propemodum caninam faciem habentes. Difficile est dictu, cur artifex hoc loco Troianos expresse- rit personatos. Quum personae bacchantium fere propriae fuerint, quum in conviviis publicis privatisque, in pompis, festisque deorum dearumque solemnitatibus locum habuerint: coniiciunt doctissimi viri, id factum hoc loco esse ad immodicam Troianorum hilaritatem, et fortasse etiam ebrietatem, indicandam. Aliqui apparent saltantes, sicut apud Horat. IV. od. 6. 15. Pueri puellaeque sunt circa equum, uti apud Virg. II, 238. Adfunt qui ramulos manibus tenent et frondes, quique lampades gestant tanquam in re laeta. Casaub. ad Suet. Iul. 37. Faber Agonist. II, 10. n. 4. Mittimus cetera.

In tabula XLI. quinque picturae coniunguntur. Prima exhibet columnationem cum encarpis, quae procul dubio exprimit forum. In ea apparet primum homo erectus in pedes, barbatus, cum pallio. Ei adfunt tres pueri, quorum primus pallium, reliqui duo tunicas gestant, cum longis manicis. Omnes ambabus manibus genibus impositas tabellas

tabellas tenent. Tres alii ad columnam accedunt, quasi auscultaturi. Postea conspicitur puer nudus, quem duo alii pueri sustinent, alter suis humeris impositum, prehensisque eius brachiis, alter prehensis pedibus. Adstat quartus virgas expediens, quasi verberaturus.

Ad haec docti interpretes observant ex Lipf. Magnilud. Rom. III, 7. et Perizon. ad Aelian. III, 21. in porticibus fororum omnes artes, tam liberales, quam serviles et sordidas, exercitas fuisse. Itaque hominem istum palliatum, barbatum, stantem, videri vel philosophum vel grammaticum pueris praecepta tradentem. Tres porro pueros genibus impositas tabellas tenentes; vel scripsisse super genu, vetustissimo more, quem Homerus Batrach. 3. respiciat: vel intentos fuisse legendo syllabizandoque: denique puerum nudum eo castigationis genere adfectum fuisse, quod aliqui scriptores dicant *catomidiare*, vel *catomo caedere*, de quo Prudent. Peristeph. h. XIV. 696. et Gonsal. ad Petron. 132. In reliquis picturis videntur tabernae esse, in quibus panni calceique venales. In ultima pictura videtur porticus esse expressa, instituendis pueris puellisque accommodata. Sub adspectum ibi cadunt quatuor figurae, quarum duae expriment matrem filiamque, quam in scholam euntem mater comitatur: figura tertia, quae est hominis sedentis, quocum mater confabulatur, ludimagistrum; quarta denique discipulum exprimit.

In tabula XLII. tres picturae videntur et porticus exprimere, et variarum rerum venditores. In prima a) iuvenis, pannum album porrigens intuendum pertractandumque mulieri: b) mulier, cuius in capite sunt flores, et quam credibile est meretricem esse: c) aliae mulieres, quae in capite galerum habere videntur, hoc est retiolum colligendis comis. Quando capillus ita erat compositus, ut in capite velut nucem pineam efficeret, dicebatur haec crinium compositio *κρωβυλος* in viris, *κρόμβος* in mulieribus, *κρόπιος* in pueris. Schol. Thucyd. d) puer martellum dextra, aliud instrumentum sinistra, tenens, quasi opus facturum: e) par-

e) parva tabella, in qua duo panes, duoque canistra, continentia panes artopticios, seu scriblitas, quas Isidorus vocat tortas. In secunda pictura porticus est, in qua venum exposita sunt variorum animalium frusta iam cocta: deinde taberna, seu officina futoris: denique columnatio, ex parte velis clausa, et porta cancellata. Tertia in pictura expressum esse docti interpretes coniiciunt thermopolium. Nam ea exhibet aliquot hominum figuras, quorum aliqui manu vasa tenent: aliquis altera manu vas, altera poculum, quod ori admovet, quasi bibiturus. Et Graecis et Romanis tabernas publicas fuisse, in quibus potiones calidae venderentur, colligas ex Athenaeo II, 6. III, 35. p. 123. Plaut. Curcul. II, 3. 9. quas sublatas postea a Claudio tradit Dio I, LX. Qui et I, LXIX. narrat, quendam tempore luctus, ob mortem Drusillae indicti, vendita aqua calida, a Caio trucidatum esse.

Tabula XLIII. sex picturas habet, quarum prima currum birotum exhibet, seu plaustrum, a duobus iumentis tractum, et plaustrarium: secunda mulum, cui sella imposita est, qui et antilenam habet, et postilenam, et loricam: tertia senem pauperem, mendicantem, cuius barba inculta, capilli incompositi, qui paucis pannulis, qua cinctura est, velatur, cuius sinistra baculo innititur, dextra funiculum tenet, alligatum collari alicuius catelli. Mendicus adstanti mulieri cavam porrigit manum. Quarta statuam equestrem exhibet, mulieremque et aliquot alias figuras: quinta porticum et columnationem et encarpa, et praeter alia non neminem vendentem aliquas res in tabula positas. Visuntur etiam sportae, batillus, in quo ignis, et aenum seu cacabus, et *νεύργος*, hoc est instrumentumprehendendis rebus, quae sunt in cacabo, aliaque supellex. Ultima denique columnationem, equestres statuas tres super basi marmorea, et in longa tabula quatuor versus, qui videntur aliquid continere, cui legendo quatuor homines esse intenti videntur. Quid continere isti versus possint, facilius est dictu, quam quid reapse contineant. Observant docti viri: 1) sub statuis

tuis consuevisse elogia poni et descriptiones eorum, in quorum honorem statuæ istae erectae essent. Ovid. Fast. V, 563. Documento esse tabulas Ancyranas, Augustum, resque ab Augusto gestas, describentes: 2) in porticu aliqua Atheniensium leges fuisse scriptas: 3) in columnis porticus regiae fuisse monumenta elocationum quarundam. Aelian. V. H. VI, 1. 4) publice affixas tabulas fuisse, antequam consilium publicum haberetur, in quibus omnia capita perscripta essent, in consilio publico examinanda: 5) a Romanis publice per trinundinum propositas et leges, et alias res fuisse, in comitiis proponendas; proposita etiam edicta magistratuum in albo fuisse: 6) affixas denique publice fuisse tabellas, indicantes res aliquas vel amissas, vel inventas. Propert. III, 23. f. f. Plaut. Rud. V, 2.

Tabula XLIV. exhibet primo asinum cum sella seu clitellis, vescentem foeno in muro suspenso: secundo hominem stantem, oculosque convertentem in equitem: porro alium equitem, iuxta quem praeter equum, cui infidet, sunt tres alii equi, quorum omnium habenas manu tenet. Coniiciunt docti viri, alterum equitem esse singulatorem, alterum defultorem: vel utrumque esse equorum domitorem; adduntque, equitum defultorum quidem plerumque duo equos fuisse; sed ab Homero nominari etiam quatuor *Il.* XV, 679.

Tabula XLV. tres picturas continet, quarum in prima est puella, stilum ferreum dextra in altum tollens, cuspidemque eius labris admovens, sinistra tenens librum clausum. In secunda est iuvenis manibus volumen tenens: in tertia est liber apertus, dein stilus ex altera parte acutus, ex altera planus.

Stilum in altum sublatum tenere, esse eorum, qui meditantur, et aliquid excogitant, quod chartae mandare possint, interpretes docent, adduntque, apud Athenaeum XIII, §. p. 582. Euripidem totum cogitationibus intentum, circumspicientemque quid scriberet, aliquando a Laide oppressum fuisse; eo vero tempore Euripidem habuisse *γερφία*

ἐξηρημένον, hoc est sursum sublatum, eodem prorsus gestu, quo hic puella expressa est. Iuvenem volumen tenentem pro poeta haberi putant posse, praesertim quum hedera coronatus sit. Nam et volumine et hedera poetam indicari: hedera, ut ex Ovidio I. Trist. VII, 2. A. A. III, 411. pateat; volumine autem, quia primo Calliope pingatur volumen tenens, deinde quia in numis aliisque monumentis Homerus volumen teneat, denique quia Athenis aenea Pindari statua fuerit, genibus impositum habentis βιβλίον ἀνεληγμένον. Aeschin. ep. 4.

In tabula XLVI. primo sunt duae mulieres, quarum altera sinistra tenet diptycham, dextra stilum ferreum, cuius cuspidem admovet ori: altera habet pannum flavum in capite, et margaritas ex auribus pendentes. Secundo in hac eadem tabula est homo lauro coronatus, albam vestem indutus, tenens pateram aeream sinistra, poculum aereum dextra. Hic videtur esse sacrificiorum minister.

Scholia adiecta docent, *diptychas*, latine *duplices*, hoc est libellos duabus paginis tabellisque constantes, esse apud Pollucem IV, 18. γράμματῶν δίπτυχον, apud Aufonium bipatens pugillar.

In tabula XLVII. est Hercules cum pelle leonina et apro in sinistro humero, cumque clava in dextra, mittens alterum pedem in aenei vasis, humi collocati, oram, ex quo iuvenis imberbis exferit et caput et brachia, quasi timens et supplex.

Diodorus Sic. IV, 2. Eurystheum, tradit, conspecto apro ab Hercule apportato, ita expavisse, ut in aeneum se dolium absconderet. Quod testimonium si cum pictura conferas, facile hanc vim habere poterit, ut et vas illud esse aeneum dolium putes, de quo Diodorus loquitur, et imberbem illum iuvenem, ex vase se attollentem, neget esse alium, quam Eurystheum Mycenarum regem. Sed sunt tamen nonnulla, quae huic opinioni adversentur. Ut mitam, in pictura iuvenem non se in vas abscondere, sed ex vase se attollere potius; Herculem etiam artifex barbatum fecit,

cit, iuvenem vero imberbem. Quum vero Eurystheus Mycenarum rex Herculis fuerit aequalis, immo paullo ante Herculem natus; aut pictorem erroris insimulabit, aut negabis imberbem illum iuvenem esse Eurystheum Mycenarum regem. Accedit, Nemaei leonis caedem ante factam esse, quam aper Erymanthius caperetur: Eurystheum autem post Nemaei leonis caedem ita sibi ab Hercule timuisse, ut Mycenarum ingressu eum postea prohibuerit, omniaque monstra, quae in posterum allaturus esset, ante portas urbis collocari iusserit. Hinc Scholiastes ad Apollon. Rhod. I, 127. *περὶ δὲ τοῦ κάπευ, inquit, καὶ Ἡρόδοτος φησὶν, ὅτι ἐπὶ τὰς πύλας τῶν Μυκηναίων κειμένης αὐτὸν ἀπέθετο, hoc est, aprum Herodorus tradit ad Mycenarum portas delatum, et ibi ab Hercule fuisse depositum.* Circumspiciendus igitur est aliquis, in quem pictura potius conveniat, quam in Mycenarum regem. Apud Athenaeum XIII, 8. p. 603. Diotimo teste, Hercules amavit Eurysthea, et ut amasio placeret, tot labores totque pericula adiit: *Διότιμος Εὐρυσθέα φησὶν Ἡρακλῆος γενέσθαι παιδικῶ, διόπερ καὶ τὰς ἀθλῆς ὑπομένει.* Quem locum Interpretes doctissimi ita accipiunt, quasi non de uno eodemque Eurystheo diversi auctores diversa tradant, aliis eum Herculis amasium, aliis aduersarium dicentibus; sed quasi Eurystheus rex Mycenarum plane alius esset, quam is, quem Diotimus ab Hercule amatum fuisse scribit. Quo ipso huic picturae non exiguum pretium accedere censent, quia nimirum rem doceat, de qua cuncti mythologi taceant. Sed quum iuuenis iste imberbis non pro Eurystheo, Mycenarum rege, habendus esse dicatur, sed pro alio Eurystheo, Herculis amasio: erunt, quibus in mentem veniat, vereri, ne pictura nostra pari iure ad alium Herculis seu amicum, seu amasium referri possit. Certe Anton. Franc. Gorius, vir doctissimus, iuvenem istum imberbem vel Pholum esse putavit, Herculis amicum, vel Hylan. Apud eum in Inscriptionum Antiquarum T. III, p. 77. in sepulcro quodam exhibentur aerumnae Herculis, et inter eas aper Erymanthius. De qua sculptura Gorius ita: *In media sarcophagi aedicula, prope Herculis pedes, ex urna se exerit iuuenis, qui dextram*

dextram manum, ritu opem implorantium, ad eum extendit. *Credunt aliqui, hunc referre Pholum, Herculis amicum, quem post obitum, Heracum more, sub monte tumulavit, quae res omni columna et mausoleo gloriosior ei contigit, teste Diodoro V, 2. quare ab eo mons ille nomen accepit. Sed mihi vero videtur similis, hanc sculpturam referre Hylam, Theodamantis filium, quem Hercules amavit, eumque in Mysia, flumine submersum, ad quod ad hauriendam aquam miserat, amissum lacrimis prosequutus est. Hunc typum sagax sculptor adiicit, ut in hoc sarcophago defunctum designaret, eique datam a diis divinitatem praemoneret. — Hercules Orcum adiit, et animos multorum victo Cerbero eduxit, et ad vitam revocavit. Ea propter libentissime Romani in sepulcris eius gesta insculperunt, et tamquam propitium defunctis crediderunt. Ceterum, quantopere auctores de apro Erymanthio ab Hercule capto narrantes variant, ostendit Leonardus Adami Arcad. Vol. I. p. 145. sq. Rom. 1716. Haec eadem tabula habet et aliam picturam, duo athletas nudos exhibentem. Alterius supereff duntaxat pectus et caput, brachiumque dextrum caestu armatum. Alterius in dextra discus videtur. Inter utrumque medio loco vas aliquod conchoides trium pedum, idque aereum est, in quod puer aliquis, brevi veste velatus, aut oleum, aut aquam infundit, ex aliquo vase aereo, cuius una est ansa, et angustum orificium. Quem admodum doctissimi viri observant, qui discobolus dictus est, is nonnullis videbitur pugil, putantibus, athletam non discum manu tenere, sed frustum metalli, vel saxum, pro caestu adhibere. Certe et Mercurialis et Falconierius observant, pugiles interdum loco caestus in manu frustum metalli vel saxum habuisse, ad percutiendos adversarios. Vas illud angusti oris, et unius ansae, ampulla erit aut lecythus, in quo oleum in usum luctantium, aliorumque athletarum. In gemmis Augustini T. II. tab. 61. inter multos Genios ludis gymnics se exercentes, grandis concha occurrit similis hie pictae. Quem vero diximus pugilem, is forte pancratiasta est, cui permissum erat, milichias habere, h. e. teaves corrigias e corio, manibus illigatas. Pancratiastae non secus ac luctatores ex toto nudi erant, oleoque ungebantur. Plutarch. Sympos. II, 4. Faber Agonist. I, 9.*

NOVA ACTA
ERUDITORUM,

publicata Lipsiae

Calendis Maii et Iunii Anno MDCCLXV.

LE PITTURE ANTICHE D'ERCOLANO
E CONTORNI, etc.

id est:

PICTURAE ANTIQUAE HERCULANI, IN AES
incisae, cum explicationibus: TOMUS III.

Neapoli, 1762. c. figg. aen. permultis, fol. max.

Pergimus in recensendis Tomi quoque tertii Herculanen-
sum Antiquitatum bonis, ut cepimus. Videbunt Le-
ctores, esse nos, citra morem atque consuetudinem, copio-
siores: sed dabunt hoc et Libro ipsi, qui est in paucorum
manibus, et doctrinae doctissimorum Virorum, qui expli-
candis Antiquitatibus istis a Rege sapientissimo admoti sunt,
quique adeo, illustrandae omni Mythologiae, omnes omni-
um veterum Scriptorum divitias huc congesserunt, iucun-
dissimas cognitu et fructuosissimas.

Tabula XLVIII. duas picturas habet non integras, sed
ita vitiatas, ut pauca rite cognoscas. In altera Minervam
insidentem saxo insignem facit. galea, hasta, et scutum. Do-
cti interpretes picturam ad Herculem pertinere coniciunt;
opera Minervae a furore liberatum.

S s

In

In tabula XLIX. duas picturas ad Psychen et Cupidinem referre licet. In prima duobus Cupidinibus media interposita est Psyche. Alter Cupido cistulam humeris portat, alter dextra ramum, eumque fortasse myrteum. Psyche ambobus cistulam ferens, alas papilionis habet. In secunda pictura alter Cupido dextra praefert vas unius ansae, sinistra parvulum sceptrum: alter sinistra palmam, dextra aliquid incognitum, fortasse clavum. In Psyche dextra est urna, in sinistra patera. Docti interpretes hic varia observant: 1) a Platonice animam cum papilione comparari: 2) quas Aristoteles Hist. Animal. V, 19. dicat ψυχας, has a Plinio dici papiliones, Scholiastenque Nicandri Φάλαγγαν explicare per ψυχην, et per κραινοκαλάπτην, hoc est, per animalculum, quod noctu circa lucernas volat: 3) fabulam de Amoris Psyche et Cupidinis ab Apuleio describi Met. IV. V. et VI. et ab Aristophonte in libro, qui inscribitur Dysferestia, vel Dyferastia, teste Fulgentio Mythol. III, 6. 4) multas imagines antiquas apud Sponium esse Misc. E. A. p. 7. 5) urnulam Psyche hoc loco esse fortasse urnulam illi a Venere datam, ut aquam ex Cocyto hauriret. Apulei. M. VI. 6) Si incognitum illud, quod Cupido dextra praefert, esse clavum sumas, tunc Cupidinem hic pictum similem fore illi apud Sponium l. c. qui clavo papilionem truncato arboris affigit, ut indicet fortasse, sibi amatae possessionem esse certam. Idem etiam palmam innuere videri, nempe Cupidinem ad sua vota pervenisse.

Tabula L. habet multas picturas orbiculatas, quarum praecipuae sunt, quae in medio septem planetas expriment secundum ordinem dierum. Primus est Saturnus, cuius in manu est falx ferrea, caput autem flavus pannus, corpus vestis flava operit: secundus Apollo cum himbo radiato, cum chlamyde rubra, et flagello. Hunc sequitur Diana, cuius caput nimbus, corpus alba vestis, manum sceptrum ornat. Quartus Mars est, quem insignem et lorica ferrea, et cly-

clypeus, et galea cristata, et hasta facit. Quintus Mercurius est, cuius petasus est alatus, quem mento fascia coniungit. Iovis, qui sextus est, vestis est subrubens. Ultima est Venus, cui praeterquam quod vestis alba, monilia, et corona aurea in capite, addunt decus, etiam Cupido adest alatus.

In Scholiis ostenditur, quam antiqua sit temporis divisio in hebdomadas, ex Philone, Iosepho, Clemente Alex. et Eusebio: an haec divisio ab Ebraeis pervenerit ad gentiles, ex Seldeno de I. N. et G. c. 10. et 23. an origo huius divisionis repetenda sit ab astrologia, et a vi planetarum in tellurem, sitne in periodo septenaria Saturnus primus planeta, an Sol, ex Adr. Iunio de An. et mens. c. 6. et Puteano de Nund. c. 23. Cur Saturnus, qui in periodo dierum septenaria primus planeta fuerit, tandem in ultimum locum fuerit detrusus, ex Putean. l. c. Tertullian. Apol. 16.

Tabula LI. oculis offert imagines quinque hominum, qui ministros sacros, seu graecos, seu barbaros, exprimunt. Celeberrimi interpretes aut sacerdotes Ebraeos exprimi credunt, aut sacerdotes Magnae Matris, ita tamen, ut pictorem putent in nonnullis aberrasse. Gestant vestes albas, colobia, simileque tiarae tegumentum capitis, cum ornamento in fronte. Aliorum barba est promissa: alii sunt imberbes. Prima imago videtur esse mulieris, quae sola ex omnibus armillas habet aureas. Maxime insignes facit omnes lamella aurea, quam pectori duae fibulae adstringunt, et in qua aliquot sunt lineolae horizontales, aliaque signa seu characteres interlineares: similis pectorali summi Ebraeorum sacerdotis, quod videtur famosis illis Teraphim locum dedisse apud gentes Ebraeis vicinas. Seldenus de D. S. c. 4. Aelian. V. H. XIV, 34. cuius generis pectorale etiam sacerdotes Magnae Matris, vel potius Galli, habuisse videntur. Suidas in Γαλλος et προσηβιδιον. Apud Montfauc.

T. I. p. 1. tab. 4. et T. II. tab. 5. sunt mulieres cum imagine in pectore ex collo pendula, quas Inscriptio addita Magnae Matris sacerdotes dicit, et Dionys. Hal. II. p. 91. testatur, inter Cybeles sacerdotes fuisse mulierem virumque Phrygem, portantes in pectore pro more imagines.

Tabula II. videtur Venerem exprimere in Papho cultam, sub imagine metæ, seu columnæ rotundæ in acumen definentis. Apparet grande saxum rotundum, in acumen deficiens, quod insitit aræ seu basi quadratæ. Saxi ex ima parte, tanquam ex aliquo vase, instar nucis pineæ surgentis, et aliquot seu fascias, seu gyros, seu maculas oculo obiectantis, superficies est convexa, cuius circa extremitatem superiorem est proiectione quaedam rotunda et solida, in qua tres cuspides exiguae in altum tolluntur. Ex media proiectione columnæ in altius progredientis surgit alia velut nux pinea, eaque exigua, cuius in summitate vel flammula quaedam cernitur, vel flosculus. Stat columna in aperto, et quidem in medio aedificii semicircularis, quod constat corona, quam columnæ quatuor sustinent, et septo materiae non satis cognitæ, quo aedificium dimidia fere ex parte clauditur: item duabus partibus ex utroque aedificii imo latere exporrectis et propendentibus, in quibus duæ sunt urnæ, seu alia vasa, quorum similia alia septem sunt in corona. Ramusculi aliquot errant inter coronam et columnas: ex septo et basi pendent aliquot fasciæ seu vittæ: columnæ acuminatæ innititur longa canna: et ad alteram earum partium, quas ex duobus aedificii imis lateribus exporrigi diximus, sub aspectum cadit gladius, cui fascia circumligatur. Aedificium fere omni ex parte aqua circumfunditur: et ex una parte super aliqua lingua terræ apparet homo nudus, eum virga in sinistra, dextram attollens ad frontem, in qua duas tresve distinguas cuspides, quas aequè cornua dicere possis, vel radios. Ex altera aedificii parte stat nympha, sinistra praeferens lanceam longam venatoriam, cuius vestis
suc-

fuccinata est, palla vento tumida. Pharetram fert humeris, et indicem dextrae admovet ori. Prope nympham canis caput demittit quasi bibiturus, et aliquo intervallo alius apparet canis. In alia terrae lingua, quae a continente disiuncta videtur, ubi aedificium est, cernitur mulier veste velata, sedens, magnoque saxo innixa, habens aliquid in capite difficile cognitu. In vicinia eius ex una parte sunt duae parvulae cannae, vel aliae plantae aquaticae: ex altera cervus bibens, longis quidem, sed non ramosis cornibus, armatus.

Quemadmodum Interpretes observant, huic picturae convenit descriptio simulacri Veneris Paphiae apud Tacitum Hist. II, 2. apud Servium ad Aen. I, 724. apud Maximum Tyrium diff. 38. Similis eidem est Venus Paphia, nunc in modum conii, nunc pyramidis, nunc metae efformata, in numis Drusi, Vespasiani, et Traiani, obvia apud Patinum et Vaillantium. conf. Spanhem. diff. VIII. de V. et P. N. Huiusmodi saxa lapidesque Seldenus ad genus Baetylionum refert, de quibus Bochartus Chanaan. II, 2. Referebant autem huiusmodi lapides non modo Venerem Paphiam, sed et alios deos, deasque, v. c. Alagabalum, Herodian. III, 3. Apollinem Carinum, et Agyea, Pausan. I, 44. Suid. in ἀγυαί. Beger. Th. Br. T. III. p. 50. Iovem Milichium Pausan. II, 9. Sic apud Thespios Amor erat ἀγρός λιθός rude saxum: sic Mater deorum Pessinuntia saxum; Liv. XXIX, 8. sic Pheris triginta petrae quadratae exprimebant totidem deos, Pausan. IX, 27. III, 20. VII, 22.

Haud nihil ambigunt iidem interpretes, quid sibi velint tres illae cuspides, ex proiectione rotunda in altum surgentes. Eas aut coronam radiatam denotare putant, aut, si pro flammula accipias, ipsam Venerem, aut etiam ignem elementarem, generationis vitaeque omnis principium, aut denique, si pro flore, tunc florem hunc esse posse papaver, quod est in manu Veneris Sicyoniorum, ad significandam

vim prolificam, feminisque copiam. Addunt nonnulla de columna in aperto stante, et Plinium II, 96. Tacit. Hist. II, 2. ad rei illustrationem advocant: item de vase illo, quod alicui diathyro insistit, unde fumus exire videtur: de reliquis vasis, de cannis, de Cinyra, de Papho, maritima urbe, de Adonide, de cornibus vel radiis, qui in fronte hominis apparent, quos vel peculiare Cypriorum diadema existimant, vel convenire proprie in Adonidem tanquam Solem: de nympa cum lancea venatoria, quam pro Diana habent: et denique de muliere ista moesta, quam vel Myrrham esse dicunt, vel ipsam Venerem, amisso Adonide tristem.

Tabula LIII. exhibet topographiam. Varia sub aspectum cadunt: 1) bos ripae amnis adstans, herbamque carpens: 2) canis bovem allatrans: 3) ovis et capra: 4) humile aedificium, iuxta quod arboretum sub rupe: 5) statua ex metallo, Dianam fortasse exprimens: 6) aliud aedificium ex duabus columnis et corona compositum, in qua duo sunt vasa metallica: 7) muliercula prope arboris caudicem saxo insidens, manu pedem tenens, haud dubie pecoris custos: 8) humilis ara vel mensa marmorea, cui incumbunt cannae vel baculi: 9) bos humi iacens post mulierem: 10) alba ovis, et post ovem sedens aliquis dextro cubito innixus.

In Tabula LIV. quatuor sunt picturae, quarum prima frondes frugesque exhibet, et vas vitreum: secunda vas vitreum, et canistrum, seu vannum, in qua aliquot fruges sunt, et duae monetae, altera aurea, in qua caput apparet, altera argentea. Tertia continet ramum cum frondibus et frugibus. Quarta ficus habet in canistro, simili illis, quae nostra aetas in usum recepit.

Tabulae LV. et LVI. exhibent picturas miscelli operis, et variarum mirarumque formarum, in quibus artifices potius sequuntur phantasiam, quam rerum naturam et veritatem.

tem. Itali et Galli vocant *Grottesche*, quas Vitruvius VII, 5. exagitat, et recentiores pictores in cryptis Romae inventas avide arripuerunt. Pignor. Menf. Ifiac. p. 13. In pictura media tabulae LV. apparet species candelabri, cuius particula quaedam inferior est excavata. Huic parti impositum est vas flavum, quod frondes itidem flavae ambiunt: orae vasis labroque insistent duo psittaci: ex medio vase virides surgunt frondes, sibi invicem implicatae, flores albi rubrique cum frugibus, desinentes in flavum opus tentoriole simile. Huic imponunt alterum pedem juvenis ex una, ex altera parte puella, sinistra praefereus ramusculum. Utriusque pes alter est in aere. Uterque altera manuprehendunt duo ramos; ex utroque tentoriole latere surgentes, qui per medium candelabri scapum decussatim progredientes, postquam ad florem mitrae magnitudinis pervenerunt, coniunguntur etc.

Interpres doctissimi animadvertisse sibi videntur similitudinem quandam inter tales picturas et descriptionem navis Ptolomaei Philopatoris, apud Athenaeum V, 9. p. 206. In versu Ovidii Heroid. XV, 37.

Et variis albae iunguntur saepe columbae,

Et niger a viridi turtur amatur avis.

Tò variis aliter accipiunt, quam vulgo accipi solet. Burmannus *variis* interpretatur *columbis*, et ex Vossio ad Catullum LXIX. notat, columbas diversi coloris improbia deceptorum oscula, quam faciunt eiusdem coloris. At docti interpretes, Harduinnam sequuti, per *variis* nempe *aves* intelligunt pavones: quibus favet Plinius X, 74. quum observat, amicos pavones et columbas esse, sicut turtures et psittacos. Non deerunt, quibus haec explicatio placeat. Quemadmodum Ovidius, in altero versu, diversi generis aves, nempe *nigrum turturem, et viridem avem*, hoc est *psittacum*, saepe confociari iungique dicit; ita in altero versu itidem diversi generis aves esse amicas, nempe *pavones et columbas*, dixisse

dixisse videri poterit. Vox *varia* igitur interdum pro *bestia* seu *fera* ponitur, et denotat *pantheram*: interdum pro *ave*, et denotat *pavonem*. De *varia* pro panthera v. Salmas. Plin. Exerc. p. 150. et Harduin. ad Plin. VIII. 17. qui inde illustrat Plautum Epidic. I. t. 15. Augeantur ergo Loricæ hoc significatu: scribatur in illis: *varia*, scilicet *bestia*, hoc est, *panthera*: *varia*, scilicet *avis*, hoc est, *pavo*.

In LVII tabula expressum vestibulum alicuius templi videtur, vel porticus superior super basilicæ vel similis aedificii introitu.

In tabula LVIII lacunar est, vel tholus, quem aedificium columnæque duæ sustinent. Columnæ et coronæ sunt albarii operis. Coronæ insidet sphinx, habens pectus faciemque mulieris, alas, capillos flavos, et in capite aliquod vas. Ex medio tholo pendet cornu aureum, vinculo subrubro alligatum. In parte picturæ inferiore visitur quadrangulum, nigro perimetro clausum, exprimens mare cum piscibus et scopulis. Interpretes ostendunt ex Servio ad Aen. IX, 408. tholum esse partem lacunaris templi, ubi suspenderentur vota, vel tectum sine parietibus subnixum columnis. Addunt coronarum ex albario opere mentionem facere Vitruvium V, 2. porro albarii operis, et operis marmorati, de quo Varro R. R. III, 7. hanc fortasse fuisse differentiam, quod alterum fieret ex gypso, alterum ex pulvere marmoris, v. Plin. XXXVI, 59.

In tabula LIX. vides partem pronæ, magnificæ fastigii templi alicuius tetrastyli. Fastigium seu frontispicium est triangulare, et cinctum cuspidibus, quæ harpaginetulis sunt similes. Coronam et lacunar quatuor columnæ ordinis Ionici sustinent, etc. Ex alia corona procedens encarpus eo usque porrigitur, donec cum stabello triangulâri coniungatur, quod in medio habet speculum, exurgitque ex capite sphingis alatae, quæ alto tripodi insidet, cuius partes distinguuntur

stingui possunt omnes. Licet ergo in hoc tripode distinguere tres circellos firmandis et coniungendis tribus laminis, ex quibus tripus componitur: deinde cratera, seu pelvim primo circello insistentem: porro tres crateris ansas, denique cortinam seu operculum tripodis. Cuperus in *Homeri Apoth.* p. 330. et 353. T. II. Suppl. Pol. inquit in omnes tripodis partes, speciatim vero cortinae, quae in pluribus numis non secus ac hac in pictura innititur tribus crateris ansis, qui sustinetur tripode, ex tribus circellis, tribusque hastis, seu laminis composito.

Tabula LX. exhibet aedificia, quae includunt tholum sustentatum octo columnis ordinis Ionici, ornatumque in ambitu superiore harpagnetulis, vel cuspidibus, quibus et coronae reliquorum aedificiorum, quae sunt ad latus, ornantur. Uni eorum seu cycnus, seu alia avis insistit, deficiens in encarpum. Post cycnum pluteus cernitur, duabus grandibus pilis interpositus. Inter eas etiam conspiciuntur trium aliarum pilarum humiliorum, seu forte ararum quadrangularium, extremitates. Duabus grandioribus pilis vas impositum est, quod frondes ambiunt.

Doctissimi interpretes ostendunt, tholum proprie esse fornicem, deinde quodvis aedificium rotundum, Varr. R. R. III. 5. 12. praecipue templum rotundum, cum Vestae, Ovid. Fast. VI, 281. Meurs. Ceramic. Gem. c. 7. tum aliorum Numinum, Athenaeus V, 9. p. 205. Addunt, etiam sepulcra huius formae fieri solita, Pausan. VI, 24. Denique templa rotunda, quae non haberent aedificium interius, sed solas columnationes in circuitu, a Vitruvio dici IV, 7. *monoptera*.

Veniamus ad minores picturas, nunc in descriptionum initio, nunc in fine, conspicuas. Quae primum e tabulae praemittitur pictura, eius ad utrumque latus duae arae sunt quadratae, quas ambiunt encarpi. In media pictura loculamentum est in pariete excavatum, in quo praeter can-

T t

ccellos

cellos ingens concha, eaque flava, sub adsp̄ctum cadit, postquam figura nuda expressa est, vas conchiforme manibus tangens. Ad utrumque loculamenti latus duo sunt candelabra, in modum arborum facta, habentium et ramos et frondes. Utrique candelabro columba insidet alas explicans, coniectis fursum oculis. Videtur artifex exprimere voluisse vas Dodonaeum et columbas, quas insedisse quercubus loquacibus ferunt.

Sicuti interpretes observant, auctores non modo de numero vasorum Dodonaeorum dissentiunt, sed etiam de numero columbarum, item de eo, quomodo, et a quibus data in templo Iovis Dodonaei fuerint oracula, v. Stephanus Byz. in fragm. de Dodone p. 114. T. VII. A. G. Strabo VII. van Dale de Oraculis c. IX.

Quidnam figura exprimat, quae post vas conchiforme apparet, utrum sacerdotem feminam, oraculi interpretem, an Echo, de quo Philostratus Imag. II. 34. an puerum vas percutientem, de quo Stephanus et Strabo l. c. an Dodonam, nympham, Oceani filiam, a qua nomen oraculo; an denique Venerem, cui simul et Iovi templum Dodonaeum sacrum fuit, teste Servio ad Aen. III, 466. incertum est. Porro, quum auctoribus Philostrato et Stephano, lebes Dodonaeus tactu resonans non prius resonare desinat, quam cum aliquis iterato tactu ad silentium redegerit, sunt quibus probabile videatur, ad hoc ipsum spectare gestum seu pueri, seu puellae, manum vasi admoventis.

Tabulae II. pictura praep̄nitur, quae oculis mare subicit, triemesque duas cum solitis ornamentis, chenisco et aplustri in prora et puppi, et cum scutis in lateribus, item cum duobus rostris. In alterius triemis tabulato prope proram, est homo nudus cum conto vel pertica in manu.


Scuta ista triemis in lateribus esse scuta militum doctis interpretibus videntur. Ut Schefferus de Mil. Nav. III, 3. observat, milites navem ingressi suspendere arma in lateribus

lateribus navis solebant. Iisdem interpretibus contus ille putatur esse portisculus, quod nomen etiam homini ipsi tribuitur, contum tenenti manu, qui hortator alias et celestes dicitur, Scheffer. de Mil. Nav. IV. cap. ult.


Tabulae III. superiori similis pictura praemittitur, quae nempe duas exprimit naves, quarum in altera stat aliquis prope proram, cuius in manu est baculus, qui videtur esse proreta. Portisculo apud veteres locus assignatur fere in media navi. Sed prorae cura commissa erat proretae, sicut nauclerus praerat puppi. Proreta autem manu tenere periticam solebat, vel contum, quo exploraret scopulos syrtesque, de quibus admonerat nauclerum.

Tabulae VII. praemittitur lacunar ex figuris quadrangulis compositum, quae ita digestae sunt, ut referre labyrinthum videantur.

Quae autem XIV. et XV. tabulis praemittuntur picturae, eae exhibent varia vasa, et quidem: 1) guttum, vel anipullam, graece βομβύλην, de qua Schol. Apollon. II, 571. qui ποτήριον γενετραχίλον dicit: Hesychius λήκυθον. Etymologus poculum esse dicit ita factum, ut, quum bibendi causa ori admoveatur, bombum edat, qualem edunt crabrones. Differentiam phialae et bombylii discas ex Athenaei fragmento apud Casaub. XI, 4. Vas ergo hic depictum aequè poculum dicere possis, ac vas olearium: 2) amphotidem, de qua Raysius de Vasc. p. 284. Begerus Th. Br. T. III, 396. 3) ollam tripedem: 4) cratera: 5) amphoram vel diotam, Beger. Th. Br. T. III. p. 389. 6) cantharum: 7) urceolum: 8) simpuvium vel capedinem. Quumque inter ista vasa sint etiam circulus, hasta pura, oleaster: interpretes coniciunt, in his duabus picturis expressa esse praemia victorum in ludis athleticis, utpote in quibus victoribus varia vasa donarentur, inter quae locus fortasse etiam circulus fuerit.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

NOVA ACTA ERUDITORUM

LEIPZIG 1767

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
ERLANGEN-NÜRNBER ZUGRUNDE

SIGNATUR: LTG. IX.88.

rit. Accedit oleaster, ex qua corona facta daretur victori in Olympicis, v. Faber II, 22.

Tabulae XVI. duae picturae praemittuntur, quarum in prima est seu columna, seu ara, pavo, cista albo panno tecta, baculus denique. In altera sunt duae altae seu arae, seu columnae, ab utroque latere, porro aquila, fulmen rutillum, vas sphaericum cum serpo viridi, et baculus nodosus cannae similis.

Quum pavo Iunoni sit sacer, aquila autem Iovi, non improbanda doctissimorum interpretum sententia videtur, qui alteram picturam ad Iunonem, alteram ad Iovem pertinere existimant. Operta cista spectabit ad Iunonis mysteria, de quibus Pausanias II, 17. Baculus erit Iunonis sceptrum, cui apud Pausaniam l. c. cuculus infidet, in quem Iupiter forori pudicitiam erepturus conversus est. Arae indicant rerum pictarum divinitatem. Aquila et fulmen sunt Iovis velut notae et insignia. Vas sphaericum vel tonitru significat, vel Iovem tonantem.

Tribus tabulis XXVI, XXVII, XXVIII. praepositae sunt ridiculae picturae, quas cum Plinio *gryllos*, cum Italis *caricature* appellare possis. In prima earum occurrunt oculis, praeter aedificia et plantas, figurae aliquot, si staturam spectes, pygmaeis, sin reliquum habitum, simiis similes. Primus homo, vel homunculus potius, altera manu pedum gestat, altera urnulam seu amphoram parvam: secundus itidem amphoram et bacillum manibus, capite autem pileum altum, et acuminatum, eumque flavum: tertius etiam baculum, et pannulum rufum super humeris, in capite autem pileolum flavum cum crista: quartus denique pileum cum spice seu tutulo, dextroque humero bacillum transversarium, cuius ex utraque extremitate uncinis armatae duae hydrae pendent.

Ad

Ad tabulam XXVII. occurrunt aliquot homunculi, superioribus fere similes. Primus eorum capite gestat pileum tutulatum flavum: cincturae eius pannus ruber circumvolvitur, portat vas ex ligno pendulum, quod humero dextro impositum est transverse. Secundus et ipse habet pileum flavum, pannumque violaceum cincturae circumvolutum: pronus et cernuus introspicit casam aliquam pastorem, quae esse ex genere magalium videtur, circa eum ex una parte sunt pulli gallinacei, ex altera canis, qui latrans ad homunculum primum accurrit. Tertius est capite calvo: humeris iniectus est pannus violaceus, et curvus baculus gravat manum. Quartus habet pileolum flavum, portatque duo vasa, ex ligno, quod humero incumbit, suspensa.

In Scholiis adduntur quaedam de petulantium artificum ridiculis picturis, quas Itali *caricature* vocant. Fuisse etiam veteribus tales picturas, observavit Buonarroti, ne Medagl. p. 322. Sunt veteres scriptores, qui earum mentionem faciunt. Cicero de Orat. II, 66. Aristides T. 2. in oratione Platonica secunda pro quatuorviris, p. 302. edit. Oxon. Vocabulo *inibens*, Ulpianus L. leg. Cornelia 5. de Iniur. creditur illud etiam genus iniuriae comprehendere, quae infertur aliis ab his, qui ridiculas hominum ignominiosasque imagines pingunt. Alciatus Praeterit. II. Tit. de Iniur. Pertinere eodem videntur picturae Antiphili Aegyptii, de quo Plin. XXXV, 10. *Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit: unde hoc genus picturae Gryllus vocatur.* Artifex igitur, qui hoc loco figuram simiorum exhibuit, videtur exprimere voluisse aut nonnullorum faciem deformem, aut mores ridiculos. Pictorum est, fere animalia quaedam effingere, quando vitia hominum ridiculum in modum exprimere volunt. Sic Gallieni imago ridicula similitudine ad caprum accedit, apud Buonarroti in Numism. l. c. imago Helvii Manciae apud Cic. l. c. ad gallum: imago denique Varii Sophistae apud Philostratum II, 6. ad ciconiam.

niam. Quandoquidem vero Varus rubram narem habuit, rostroque similem, artifex videri in exprimenda eius imagine posse aequae veritati et similitudini inservisse, ac libidini. Haec fere de satyricis picturis doctissimi interpretes. Quibus plura adiacere licebit ex *Historia Numorum Contumeliosorum et Satyricorum*, quam ante hunc fere annum vulgavit vir illustris, Christ. Adolphus Klotzius, cui ut Musae semper favorunt, ita sapientissimorum regum iudicium Fortunaque coepit favere. Ibi praeter Antiphilum Gryllum, exempla Cleficlis, Bupalique, et Anthermi producit ex Plin. XXXV. 40. XXXVI. 4. Addit ex eodem Plin. XXXIII. c. XII Ctesibochum Apellis discipulum, qui petulanti pictura innotuit, Iove Liberum parturiente mitrato, et muliebriter ingemiscente, inter obstetricia dearum. Qui locus multum facere Viro elegantis ingenii, doctissimoque, videtur ad illustrationem alius picturae petulantis, in vasculo Etrusco a Winkelmanno dato, amorem Iovis et Alcmenae ridicule exhibentis. A picturis progreditur ad gemmas antiquas, in quibus satis ridiculas figuras petulantium artificum manus sculpsit, tanquam deformes moriones et monstrosos, capite semirato, et ridiculo vultu, in gemma Florentina, exhibita in Museo Florentino T. II. tab. 86. g. 3. aliasque imagines monstrosas in Museo Cortonensi p. 60. in Museo Etrusco T. I. tab. 186. Museo Florentino T. I. tab. 45 - 51. Huc pertinere idem censet Gorlaei gemmam in Dactyloth. P. II. g. 507. huc gemmam, quae Europam exhibet per mare hircoco equitantem, apud Schlaegerum, in libello qui inscribitur *Gemma antiqua sistens Europae raptum*, Hamburgi 1734. huc denique gemmam aliquam Stoschianam, a Winkelmanno descriptam. Ab amarulentis iocis, quae caelum gemmis mandavit, ad numos transit, tam veteres, quam recentiores, tam eos qui recte, quam eos qui perperam contumeliosi censentur.

Tabulae XXX. subiicitur pictura bovis Aegyptii ex toto candidi, cum luna crescente inter cornua. Coniiciunt docti

docti viri, harum picturarum explanatores, artificii animum fuisse exprimere bovem, a Graecis dictum Epaphum, habitum filium Ius, teste Aeliano V. H. XI, 10. qui ut agnosci possit, adiectam esse lunam crescentem inter cornua, quia Io, seu Isis, exprimit lunam, teste Plutarcho aliisque. Observat Aelianus H. A. X, 11. sicut Mnevis sacer Soli fuerit, ita Apin, secundum Aegyptios quidem, sed non secundum Graecos, ab Epapho distinctum, habitum fuisse Osiridem.

Sub finem huius Tomi pictura adiecta est exhibens horologium marmoreum, ex genere eorum, quae a Berofo Chaldaeo inventa sunt, quale describit Vitruvius IX, 9. Similis constructionis horologia, diversis in locis inventa, describuntur a Zuzzeri in dissertatione peculiari, et in Ephemeridibus literarum, (vel Giornale de' Letterati per anno 1740. nel artic. XIV.) a P. Boscovich. Fors ita tulit, ut et alia eiusdem generis reperirentur, quorum unum, iussu Benedicti XIV. collocatum in Capitolio fuit anno 1751.

AULI PERSII FLACCI SATYRAE SEX, AD FIDEM optimarum editionum, una cum variis lectionibus Codicis Ebncriani, edidit GEORGIUS FRIDERICUS SEBALDUS, tabulisque aeneis incidit IOANNES MICHAEL SCHMIDIUS.

Norimbergae MDCCLXV. sumtibus b. Balthaf. Schmidii haeredum, in 8.

Quamquam nos omnino odimus eos, qui veterum monumenta edituri, neglecta codicum et librorum auctoritate, aut ostentatione ingenii, aut habendi cupiditate incensi, speciosiores formas sectantur, et quorum maiestati fugitiva ac petulanti opera insultaverunt, eos fucoso et inani splendore muliebriter exornant: tamen non sumus adeo

adeo ab omni specie et elegantia alieni, quin laetemur, litterarum antiquarum severae gravitati interdum extrinsecus gratiam et hilaritatem aspergi. Habet enim haec ipsa formae dulcedo eam utilitatem, ut sit ad alliciendos lectores aptior, et ad significandam nostrae aetatis erga monumenta antiquitatis illustriora venerationem, efficacior. Quis, praeter rustica ingenia, quae severitatem et maiestatem grammaticam ponunt in contemptu omnis artis et elegantiae, aegre unquam tulit, post Crucquios, Torrentios, Lambinos, Bentleios, Aldos, Gryphios, Plantinos, aliosque insignes editores ac typographos, ad ornandum Horatium accessisse nuper in Britannia Iacobum Pinum, atque, servata fide Lectionum, universum auctorem, aeneis tabulis incisum, et gemmis et imaginibus extructum, reipublicae litterariae tradidisse. Si Horatio non par, quis enim cum tali ingenio de loco et principatu certet, saltem, quoniam vel in secundis et tertiis stare honestum est, probabilis et lectu dignus auctor haberi potest Aulus Persius Flaccus, non ille quidem, quem ingeniose in prooemio mentitur, nostrique homines interdum callide tacent, magistro ingenii et largitore ventriculo usus, sed virili animo, reipublicae amore, virtutis studio, et odio lasciviae ac petulantiae, ad scribendas satiras excitatus. Quidquid enim acutiores quidam iactitant: nolle intelligi, temere obscurari, abiiciendum hominem esse: certum est, hanc ipsam obscuritatem, non tam ex fastu et ostentatione, quam ex animi quadam iustitia et severitate, interioris philosophiae cognitione, allusionibus crebris ad historiam sui aevi, et prudenti cautione periculi profectam, suam gratiam habere, nec omnino lepore destitui. Nisi quis forte putet, ingeniosius, severius, significantius castigari posse torporem et desidiam fracti per libidinem et luxum adolescentis, qui passim sequitur corvos, testaque, lutoque, securus quo pes ferat, atque ex tempore vivit. Nos sane nihil unquam ipsa illa tertia satira, ad mores illiberales castigandos, severius legimus. —

Est

Est in exclamatione illa:

Magne pater divum. —

Virtutem videant, intabescantque relicta,
sublimitas et gravitas quaedam haud vulgaris, ita ut in illo:

Discite, o miseri, et causas cognoscite rerum —

multa doctrina et probitas.

Atqui hoc imprimis spectarunt viri omnium aetatum litteratissimi, Britannici, Murmelli, Lubini, Casauboni, Bondii, Farnabii, Pratei, cum non temere insignem operam in edendo ornandoque Persio ponerent, eiusque obscuritati doctissimis commentariis consulerent.

Ad tantorum vero virorum diligentiam accessit nuper cura *Friderici Sebaldi*, et ars elegantis artificis *Joannis Schmidtii* quorum alter, imprimis Casaubonum, Lubinum, et Farnabium secutus, textum recensuit, addiditque ad calcem operis cum vita Persii Lectionem Codicis Ebneriani, ex bibliotheca splendidissima Hieronymi Guilielmi Ebneri ab Eschenbach; alter universum opus, ad modum Pini Britannii, artificiose aeri incidit, addidit imaginem Ebneri, et singulis Sataris praefixit et adiunxit ornamenta quaedam imaginum, vel ex geminis antiquis Montefalconii, vel ex suo ingenio expressa, et ad materiam finemque poematum singulorum accommodata; de quorum arte iudicium intelligentibus relinquimus.

De Codice autem Ebneriano, de cuius aetate et dignitate, nostra quidem sententia, aliquid praemonendum erat, ne plane nihil dixisse videamur, pauca dicemus. Dabimus autem illius specimen aliquod et exemplum, atque id quidem sumtum ex faceto prooemio, quo *in Deo* poetarum vulgari, et affectatam inspirationem, exagitat.

Versu statim quarto a vulgari lectione recedit, additque *to ego*, nec Casaubono, nec aliis lectum, et a versus harmonia plane alienum. Sed hoc levius, memorabilis illud quod dicemus.

Fronto et Murmellius, ex vetustis, sic aiebant, codicibus, quos tamen nunquam nominarunt, post versum septimum, alium in textum receperunt, obscurum:

Corvos quis olim concavum salutare.

Iodocus Badius Ascensius, recepit quidem, sed diligenter de illius inconstantia monuit: Casaubonus ut barbarum et ridiculum abiecit: Prateus tanquam supposititium redarguit, in textu neglexit, in scholiis vero ex Martiali et Macrobio illustravit. Quanquam vero illud ipsum *concavum salutare*, quod adeo barbarum visum est Casaubono, possit aliquo modo ferri in Persio, qui, satente summo critico, graecitatis studiosissimus est, et saepius ad analogiam graecorum scripsit, habetque interdum figuras audaciores; quanquam porro respondere videtur hic versus illi qui infra legitur,

Corvos poetas et poetas picae:

tamen, quoniam non ea semper poetarum diligentia est, ut omnia sibi ad verbum respondeant, et potuit fieri, ut aut interpretationis loco de suo adderet lector quidam, aut propter deos, et iratum in superiori versu corvum, suopte ingenio adscriberet non inepte; Critici omnes, pluralitate codicum inclinati, versum plane neglexerunt. Atque his quidem nova fides accedit ex Codice Ebneriano, qui nullam eius mentionem facit. — Ceterum ad hunc locum, tanquam per saturam, notabimus, Ebnerianum non habere ridiculum illud *blandiri*, quod fracto et enervato versu *ἀνρί τῷ conari* nonnulli habent apud Casaubonum. — Exprimat omnino τὸ conari naturam, τὸ blandiri autem omnem huius versus elegantiam tollit. — In dequimo versu prooemii Liber Ebnerianus cum Puteano conspirat, nempe pro *refulserat* legit *refulgent*, de qua lectione videndus est Casaubonus.

Sed nec illud videtur esse negligendum. Vetus Scholiastes, ad ultimum prooemii versum, notaverat esse qui non *melos sed nectar* legerent. Observante Aelio Antonio Nebrissensi, et Prateo, Angelus, Politianus, aut vetustorum codicum, aut Scholiastae auctoritate, illud Nectar probavit, ut

versum

versum hipponasticum eiusque mensuram sustentaret. — Derisit illam lectionis temeritatem Marullus ingenioso epigrammate, quod Prateus adiecit: Hermolaus vero Barbarus, et Casaubonus, auctoritate hymni Homericæ in Mercurium, ostenderunt, anceps natura sua hoc verbum apud Græcos esse, et mox corripì, mox produci, ex liquidarum consonantium licentia; eadem ratione etiam legi apud Antipatrum, in Epigrammate aliquo. Accedit ad hæc auctoritas Ennii ex Annalibus, quem locum observavit Prateus. Ingenue igitur fatemur, *τὸ cantare nectar* nobis apprime ab hoc loco alienum videri, nec necessariam illam duplicationem consonantis, quam quidam ad analogiam Virgiliani illius, *reliquiae Danaum*, admiserunt. Fatendum tamen est ingenuè, cum Scholiaste conspirare Codicem Ebnerianum. — Sed hæc quidem differantur, usque dum magis de antiquitate codicis constet, quem certe ignoravit Casaubonus, dum scriberet. Membras omnes legere melior. Quod reliquum est, commendamus Lectoribus lectionem reliquarum Variantium Codicis istius.

In universum vero Editoris et artificis diligentiam laudamus, et ut uterque hanc operam aliis quoque monumentis antiquitatis impendat, et sit de optimis exemplaribus, imprimis in imaginibus et gemmis, a quorum delectu omnis elegantia pendet, sollicitus, rogamus. Liber vero, honesto et æquo additus pretio, videri potest apud Fritschium, bibliopolam Lipsiensem, cui imprimis hæc cura ab editore commissa est. Hæc, Lector, volebamus tacere. Tu conatum artificis Noribergensis liberalitate tua sustentato.

IOHANN WINCKELMANNS, PRAESIDENTENS

der Alterthümer zu Rom, etc. Geschichte der Kunst des Alterthums.

Erster und zweyter Theil.

U 2

not

hoc est:

IOHANNIS WYNCKELMANNI, MONUMENTO-
rum Antiquitatis, quae Romae superant, Inspectoris,
Scriptoris in Bibliotheca Vaticana, Societ. Antiquariae
Londinensis, Academiae Pictorum Romanae S. Lucae,
Hetruscae item Cortonenfis, Socii, HISTORIA AR-
TIUM ANTIQUITATIS. Pars II. quaternis,
pagg. in univrsam 431. cum praefat. synopsi et
catalogo scriptis. pp. 52.

Dresdae, 1764. in officina libraria aulica Waltheri.

Venit tandem ea temporis felicitas, ut Germania, tot ingenii doctrinaeque monumentis, inde a plurimis seculis, illustrata, iam et magistra elegantissimarum artium, quarum aeternum victura gloria nunc etiam Graecia et Roma vetus celebrantur, et Italia quoque recentior ac Franco-gallia mirifice exsplendescunt, esse incipiat. Cuius laudis praestantiam cum patriae nostrae merito gratulemur, magis tamen etiam nos laetari par est, cum praecipuae in ea comparanda tuendaque partes Saxoniae nostrae esse videantur. Nam cum utriusque *Friderici Augusti* sapientia, bonitas, et in plurimis aliis virtutibus, pulcherrimarum artium cognoscendarum coleendarumque impensus amor, concessus his terris per annos septuaginta divinitus fuisset, adeo illorum beneficio, artium et humanitatis omnia studia inter nos caput extulere, ut nulla sit Germanici nominis provincia, quae cum hac nostra comparari eo argumento possit. Iam illa sedes Principum nostrorum Dresda, artium quoque per Germaniam efflorescentium fere sedes hoc tempore habetur. Illic Museum vere Regium, et picturae miraculis clarissimum, illic Academia Artium, auspiciis Divi *Friderici Christiani*, et *Mariae Antoniae*, (quae Poeseos, Picturae, Musices, artium omnium quasi quandam Deam in se reddidit.) insti-

instituta; illic *Hagedorniani* excellens vis ingenii, artificumque doctissimae manus, non sine summa admiratione spectantur. Eodem ex domicilio artibus liberalibus adamato produit nuper ingeniosissimus earum spectator et iudex *Winkelmannus*: natus ille quidem in Manchia Brandenburgensi; sed ita ad sacra artium deductus Dresdae, et munificentia inprimis Divi *Fridr. Augusti* sublevatus, ut non Italiae magis, quam huic urbi principali debeat. Huic igitur contigit, quod ante ipsum nemini, ut Germanus in ea gente, quae operum antiquitatis eruditione aestimandorum peritia ceteras omnes vincit, dein Romae, in ipso illo venerando artium et elegantiae veteris monumento, tamen doctrina, pulchritudinis sensu, intelligendi acumine, et intima cum artibus consuetudine, emineat hodie longe plurimum, iamque quod ab Italis accepit, insignibus ingenii accessionibus auctum, rursus in eos ceterasque gentes artium studiosas effundere possit, innumeraque eos docere, partim nova, partim multo quam adhuc verius argutiusque observata. Quod cum non paucis ab eo iam libris factum sit, hoc item grati agnoscimus, quod lingua patria potissimum sibi utendum existimavit. Accidit enim hac tali scriptoris primarii diligentia, ut lingua ipsa nitorem quendam, et accommodatam artium subtilitati exprimendae formam induat, qua adhuc, si ab immortali *Hagedornii* de pictura opere discedas, fere caruit. Eadem etiam opera, eiusmodi scriptorum copia exornatur Germanorum eloquentia, quae in classicis numerari, opponique aliis gentibus, sua dialecto exarata ostentantibus, merito possint. Quae si ad viros doctos unice referenda essent, Romanum in iis sermonem desideraremus; iam cum artificum, et eorum gratia qui artes amant, proposita sunt vel maxime, praeclare factum est, quod artes veterum theotiscis literis Vir doctiss. illustravit.

Ad Opus ipsum ut accedamus, eorum quae *Winkelmannus* ad hunc diem scripsit, speciosissimum, utilissimamque, fatemur, tantam ei observationum optimarum varietatem

tem et copiam inesse, ut libellus nobis scribendus sit, non relatio, si eas complecti universas velimus. Neque igitur hoc agemus. Accedemus potius lectorum in hunc librum studia, exhibita illius delineatione accuratiori, quae capita omnia, in quae ille tributus est, pervagetur; quam sequentur praecepta quaedam et exempla commemoratu in primis digna. Sed neque monumentorum antiquitatis, quorum imaginibus liber omnis velut gemmis quibusdam distinctus est, a nobis mentio negligetur; praesertim cum nullum ex iis antea unquam vulgatum fuerit. Sunt quidem in his fumosa aliquot et *προβαλεμένα*; sed de his alio loco dicetur.

Historiam artium antiquitatis cum scribere se profiteatur Auctor Cl. non eam modo animo designavit, quae narrationem de ortu et vicissitudinibus artium tradit, sed ampliore simul *της ιστορίας* potestatem, quam systema vulgo, h. e. complexum disputationum et praeceptorum de natura, generibus, et adminiculis artium, adpellamus. Hanc nobiliorem de artibus veterum differendi rationem Parte I. quae paginis 312. absolvitur, tenuit Noster; historiam autem artium ipsam, quae angustiore sensu dicitur, Parte II. a p. 313-431. Exstant quidem libri nonnulli, quorum auctores historiam huiusmodi daturus se polliciti sunt, ut *Monierii* (Monier) *Historia Artis*; ut *Durandi Versio* Francogallica et explicatio postremorum librorum *Hist. Naturalis Plinii*, quam inscripsit *Historiam picturae veterum*; ut *Turnbulli* de eadem pictura *Dissertatio*. Sed hi omnes, iudice *Winckelmanno*, cum artes ipsas parum nossent, ea tantum de illis exposuerunt, quae ipsos libri, aut fama, docuerant. Quas viri docti ediderunt statuarum veterum descriptiones, alia omnia quam artis penetrabilia ostendunt. Imminuitur potius plerorumque pusilla sedulitate, magnitudo operum vetustatis, veraque de illis sententia coniecturis et iudiciis vanissimis corrumpitur; quod pluribus exemplis, et clarorum librorum recensu, ut *Richardsoniani*, *Montefalconiani*, et aliorum, A. Doct. evincit. Multi imprimis Antiquitatum enarratores decepti sunt, cum non animadverterent, quae-

nam

nam monumentis veterum mutilis, a recentiore manu, resuscitandorum causa, adiecta fuerint, atque adeo haec pro vetustis venditarent, ut inter multos *Hydruntus* (de Columna Traiana, c. 7.) qui soleam ferream equo cuidam in opere anaglypho, quod Romae spectatur, additam, non dubitavit ex antiquitate repetere. Ab his aliisque erratis, quae vel negligentia gignit, vel artium imperitia, facile immunem praestitit *Winkelmannum* attentissima saepiusque repetita omnium monumentorum antiquitatis, quibus observationes suas confirmat, contemplatio: ut nullum sit in iis, quod non curiose, et mentis non minus acie, quam oculis, lustraverit. Dixit tamen et de plurimis aliis monumentis, quorum probandae sic satis exstant in libris figurae. Quod celebrata quaedam antiquitatis opera omisit, alterutri causae tribuendum est; vel quod nihil ad consilium operis huius iuvandum, h. e. historiam artium illustrandam faciunt, vel quod Roma, imo quaedam eorum ex ipsa rerum natura, excelsissent. Ex posteriori genere est v. c. pictura, *Nymphasium* referens, quam *Hofstenius* edita Romae 1675. soli descriptione, posteris commendavit, iam situ et squalore destructam possessores Romani occultant. Ceterum maxime artes Graecorum spectasse se hoc libro ait Auctor Cl: et cum copiose de iis disseruerit, tamen retinuisse quaedam, Graecis aptiora quam linguae recentiori; ut dialogum de pulchritudine, scriptum ad imitationem *Phaedonis Platonici*. Quidni igitur sigillatim Latina lingua hunc eundem dialogum in lucem egredi patiatur? Usus est etiam nonnumquam coniecturis, non vagis, sed fundamento quodam subnixis; quas tamen in opere tali adeo nemo miretur, ut eas potius ad artes veterum accuratius iudicandas plurimum conferre, intelligentes fateri necesse habeant. Exposuimus praecipuum Praefationis argumentum, cuius in exitu indicat Auctor, editurum se propediem scriptum lingua Metrusca opus ingentis voluminis, quod explicationem monumentorum antiquitatis ex omni genere complectatur, maxime marmo-

rum anaglypticorum, numquam omnino publicatorum, quae vel prorsus obscura visa sint antiquariae rei consultis, vel prava ab illis interpretatione donata. Tabulas figurarum radio in aes inscriptarum ultra ducentas in eo spectandas nunciat, quas ducendarum linearum peritia Romae hodie principi, *Io. Casanovae*, quem pictorem stipendio ornaverit Divus *Fridericus Augustus*, debitori sint emtores: ut adeo nullum futurum sit opus, quod vetera monumenta graphices adiumento intuenda sistat, vel accuratone, vel sensu elegantiae quo elaboratum est, cum hoc comparandum. Adde iam licet, hoc tantae expectationis opus, paullo post illud, de quo referimus, produsse: nostras tamen in manus nondum pervenit; sed *Casanovam* nunc Dresda tenet, Academiae suae sidus et ornamentum.

Antequam autem Praefationem mittamus, breviter enarranda nobis sunt monumenta antiquitatis, quae in ipsa operis fronte, picturae linearis beneficio praefulgent. Indicem libri, (vulgo titulum vocant,) spectabilem reddit *Carniola* Musei *Stofchiani*, qua quinque Heroes, ex septem illis celeberrimis belli Thebani, summo artificio sculpti videntur: gemma *Herosci* operis longe rarissima et antiquissima, cuius in nominibus scriptura ad *Pelagicam* et literas *Graecas* vetustissimas proxime accedit; de qua videndus est Auctor in *Opere* ipso p. 99. sq. Epistolam, qua Opus suum *Divo Friderico Christiano*, *Saxoniae* Electori desideratissimo, dicitur, praecedunt capita *Diomedis* et *Ulyssis*, ex basi eiusdem Musei de *Prometea*; claudit autem opus anaglyphum *Romae* superstes, quod *Hellerophontem* cum *Pegaso* ostendit. Praefationis exordium rursus anaglyptico opere exornatur: servatur illud in villa *Card. Alex. Albani*, redditque quandam religiosae caerimoniae speciem; exitus autem Praefationis *Promethae* imagine, humanam mulieris formam fingentis, in *Carniola* Musei *Stofchiani*.

Prior igitur Pars Operis, ut diximus, systematica est; naturam artium ipsam investigans. Ac primo quidem ad origi-

originem et initia artium ascendit Auctor Doctiss. ponitque quasi fundamenti loco, artes quae lineari picturae superstruntur, a *necessariis* coepisse; hinc *pulchra* in illis requisita esse; ventum denique esse ad *superflua*. Primae quidem imagines hominem, non qualis cernentibus adparet, sed proportionum et *angustias* indagatio, qua suffulti, magnum quid audebant artifices. A magnitudine artes apud Graecos sensim ad summam pulchritudinem progressae sunt. Coniunctis partibus earum omnibus, et lenociniis etiam adiectis, *superflua* tandem superaddita fuere: quo factum est, ut magnitudo artis amissa sit, et haec ipsa demum interierit. Haec est quasi *σκιαγραφία* huius artium historiae.

Initia artis a simplicissimis conformationibus ducta sunt, et, quemadmodum Auctori videtur, a conatu quodam sculpendi: nam infantes quoque in molliore massa facile figuram aliquam effinxerint; lineas autem in plano non item dixerint. (Sed dicat fortasse aliquis, linearem picturam, eadem facilitate, vel umbra corporum adiuvante, oriri potuisse.) Origo itaque artium eiusdem apud omnes gentes antiquitatis esse videtur, nec illis patria singularis tribui potest. Verum pro aetate populorum et tempore introducti apud eos cultus Deorum, artis inventio diversa dicenda est. Chaldaei certe et Aegyptii prius quam Graeci, summas illas mentes, quas venerabantur, modo in sensus incurrente efformarunt. Aegyptus imprimis ab antiquissimis inde temporibus artes coluit. Apud Graecos dia simplicissimae fuerunt: triginta iam Deos colebant visibiles, neque tamen adhuc humana forma eos vestiebant, contenti truncis vel quadratis lapidibus, quibus eos significarent. His lapidibus capita postea imposita sunt; mox sexus discrimen quodammodo notatum; demum a *Dacelto*, ut vulgaris opinio fert, inferior pars statuae informis in pedes divisae est, primaeque ab eodem statuae humanae e ligno factae.

Erant illis formae rectilineae, et quasi simplices
 circumscriptiones umbrae humanae: quas figuras vulgo
 Aegyptias vocant. Sed artes a Phoeniciis potius, quam ab
 Aegyptiis, accepisse videntur Graeci. Solenne erat his
 gentibus scriptura signare opera artium: Aegyptii quidem
 eam in basi et columna, cui figurae innitebantur, collocabant;
 Graeci contra et Hetrusci in ipsa figura. Etiam status et
 actio figurarum vetustissimarum apud Graecos similes erant
 Aegyptiacis, h. e. rectae et omnis motus expertes. Re-
 tinuerunt primam hanc conformationem Aegyptii, sed He-
 trusci et Graeci artifices, scientia subtiliore praediti, eam
 deseruerunt; adscita quidem graphice accuratiore, sed ea-
 dem duriore. Coepit autem sculpendi ars exerceri pri-
 mum in argilla; quae et postea servata est, cum artes ma-
 iora incrementa sumissent: quod docent anaglyptica ope-
 ra ex eo genere, et vasa picta. Hinc ad lignum tran-
 runt artifices; tum ad ebur, lapides, marmor, (ex quo pri-
 mum caput tantum, manus et pedes statuarum ligneorum
 formabantur,) aes, quo Itali statuarum conditores prius
 quam Graeci usi fuisse videntur. His de materia artium
 prima disputatis, quae multis exemplis e veterum scriptis
 illustrantur, subiungit Auctor Doct. causas diversitatis ar-
 tium apud populos earum amantes. Quaerendae illae
 sunt primum in singulari vi, quam situs et clima regionum,
 temperies aeris et victus; non modo in corpore incola-
 rum formando, sed etiam in eorum ratione cogitandi effin-
 genda, exerit. Cum enim ipsa faciei diversitas non pa-
 rum conferat ad dignoscendas inter se nationes: nemini mi-
 rum videri potest, eandem quoque in artibus ab hoc illo-
 ve populo excultis proprio caractere elucere. Ita figu-
 rae quas Aegyptii artifices perfecerunt, corpora incola-
 rum imitabantur, dissimillima recentiorum Aegyptiorum
 formae, qui quum ex advenarum colluvie compositi sint,
 instituta fere omnia nova sequantur, et a labore abhorreant,
 pingues moles circumferunt. Graeci semper pulchritu-
 dinis

dinis laude floerunt; eamque, non obstantibus tot mutationibus, quae in terris eorum contigerunt, adeo adhuc tuentur, ut, quo propiores sint regiones coelo Graeciae, tanto admirabilior natura in formandis corporibus humanis appareat. Hinc Italorum vultus plerumque sublimius aliquid et perfectius spirant, observante *Winkelmanno*, et Neapolis imprimis, quae temperatiori et acquabiliore coelo utitur, quam aliae partes Italiae, quod climati Graeciae proxima est, frequentes habet hominum formas, quae pulchritudinis exemplar artificibus praebere possint. Subtiliores et callidiores Romanis Neapolitani sunt; hi tamen a Siculis, atque hi rursus a Graecis, eo nomine vincuntur: adeo coelum in ipsa mente formanda dominatur. Sed formosissimi Graecorum omnium Iones olim fuerunt, benigniore sub coelo, quam ipsa Graecia, habitantes. Iam in artium quoque monumentis gentes illae habitum climatis sui expresserunt. Audaces et portentosi in figuris condendis Aegyptii et Persae fuerunt; Graeci contra, quod moderatius coelo et πολιτεία regerentur, et loquendo pingebant et fingendo: plena apud eos omnia imaginum, in poetis non minus quam in artificibus; phantasia legibus adstricta, et sensus pulchritudini potissimum considerandae adueti. Graecorum quidem ii, qui minorem in Asiam transferant, placidiores quam reliqui, et quasi musica lingua utebantur; primi inter eos poetae, philosophi et historici orti sunt; ipse *Apelles*, ille Venerum pictor, sub hoc voluptuoso coelo natus sortitus est. Sed quum iidem a vicinis Persis denique libertate sua privarentur, artes inter eos sedem figere praecipuam non poterant. Hanc potius Athenis invenere; quarum democratica gubernandi forma civium spiritus elevavit, adiuvit sensum pulchri ad omnes propagandum, effecitque, ut cives opulenti splendidis aedificiis publicis, operibusque artis procurandis amorem et auctoritatem apud suos adipiscerentur. Ex hac postea urbe, velut e regia sua, artes in alias terras egressae sunt. Sane educatio et ratio reipublicae

blicae administrandae, quanta vix in homines agant, cum temperatura coeli coniuncta, et variorum Graeciae populorum indoles diversa docet, et hodiernarum gentium quarundam ab artibus abhorrens ingenium. Egregios poetas esse Anglos, fatetur Nolter; nullum tamen inter eos pictorem clarum surrexisse, idem adiicit; eandemque fere esse Franco-galliae sortem, multis frustra sumptibus in picturae incrementa elocatis. Raros esse in gentibus omnibus a benigniore coelo Graeciae remotis, artifices excellentes; licet unum aut alterum natura illis non negaverit. Parentes autem artium in Germania *Holbenium* et *Dürerum*, stupendo ingenio fuisse iudicat, et pares imo maiores futuros *Raphaeli*, *Corregio* et *Titianis*, si, quemadmodum hi, monumenta veterum cognoscere potuissent. Haec ex Capite primo deerpanda existimavimus, in cuius fronte composita e variis antiquitatis reliquiis figura conspicitur, quae sculpturam et architectonicen designat, in fine autem rursus *Prometheus*, membra hominis inter se iungens, ex gemma Musei *Stofchiani*.

Capite II. natura artium inter Aegyptios, Phoenices et Persas florentium investigatur. Apud Aegyptios quidem, de quibus Sectione I. traditur, non poterant artes idem culmen, quod in Graecia, ascendere, quod et corpora eorum minus pulchre efformata essent, Sinensibus fere similia, fuscoque colore obscurata, et omne gentis ingenium a laetitia et voluptate alienius erat: nam musicam et poesin, antiquissimis certe temporibus, prorsus non colebant: hinc phantasia vehementioribus remediis excitare conabantur. Erant illis leges severae, neque carere regum imperio poterant. Ritibus autem suis et cultui vetustissimo adeo tenaciter adhaerebant, ut tum quoque, cum Romanorum in potestatem pervenissent, odia illic civitatum mutua propterea exercentur. Ad has causas, quae artium incrementa inter eos remorabantur, accedebat odium populi erga omnes ritus peregrinos, praesertim Graecos, quo fiebat, ut parum cura-

curarent artium inter alias gentes progressus, legibus adstricti ad solam maiorum imitationem. Imo artifices eorum in nullo fere honore erant, pari cum opificibus gradu constituti: neque artes ex insito quodam amore et studio colebantur, sed ut in reliquis vitae generibus, in hoc quoque filius patrem sequebatur, et propositam normam perpetuo tenebat. In primis anatomiae scientia carebant Aegyptii artifices, quod in operibus suis satis prodiderunt. Quod ad *sculpturam* artis Aegyptiae, ut adpellat Auctor, h. e. delineationem nudarum figurarum, et earum vestiendarum rationem, vetustior quidem illius forma recta omnia, lineasque parum sinuatas prae se fert; nulla in figuris eorum gratia, harumque status durior et coactus, membrorum nulla actio; ossa et musculos parum, nervos et venas prorsus non expressas videas: ne alia memoremus in singulis corporis partibus figurarum Aegyptiarum, quae p. 41-44. persequitur *Winkelmannus*; quibus et observata addit de Deorum apud illos imaginibus. Descendit deinde p. 47-52. in descriptionem vestimentorum et ornatus, quem antiquissimi huius gentis artifices figuris suis adiciebant. Secuta est aetas artium ea, qua Aegyptii sub Graecorum imperio nonnihil elegantiora opera extulerunt, parum tamen a veteri ratione desciscentes. Tandem et imitationes operum Aegyptiorum, iubente *Hadriano*, effectae sunt, de quibus p. 55. sq. dicitur. Posthaec elaborationis rationem, et materiam, in qua illa suscepta est ab Aegyptiis artificibus, p. 62-67. diligenter enarratam et confirmatam exemplis, legimus. Postremo loco observat Noster, numos Aegyptiorum nullos ad nos pervenisse, atque adeo nullam hinc aegyptiam historiae lucem accendi posse, quamvis vestigia supersint, v. c. in obolis mortuorum ori insertis, monetas apud eos cufas fuisse; in universum autem historiam artis Aegyptiae similem esse, ut regionem ipsam, ingenti vastaeque planitiei, cuius tamen ambitum ex aliquot turribus complecti oculis possis; cum contra Graecorum et Etruscorum artes provinciae montium plenas

comparari possint, cuius fines oculis smetiri non liceat. Ceterum in principio huius de Aegyptiorum artibus disputationis, expressa est figura Sphingis, quae in Obelisco Solis Romae adhuc visitur.

Sectio II. huius Capitis de artium inter Phoenices et Persas incrementis quaedam tradit. Illi quidem cum pulcherrimas Asiae Africaeque oras colerent, viverentque coelo sub aequabili, forma sine dubio praestanti fuerunt, eandemque artium operibus impressisse videntur. Multarum rerum in artibus inventores fuere, quae etiam mercatura, divitiis et luxu apud eos alebantur. Sed nihil ex hoc genere superest, quam numi Carthaginensium, in Hispania, Malta et Sicilia cusi. Postremi quidem ab optimis Graecorum numis, non alia re, quam literis Punicis, differunt. Qui Phoenicum in vicinia habitabant Iudaei, ab artibus quidem exercendis, vel religionis suae institutis quodammodo arcebantur; ceterum forma eorum minime ab his studiis abhorrebat, observavitque in posteris adhuc eorum Scaliger, (in Scaligeranis) simos inter eos non reperiri. Imo graphices quoque et scitorum operum manu perficiendorum multos inter eos gnaros fuisse apparet, cum *Nebucadnezar*, quod ex 2 Reg. XXIV, 16. intelligitur, solis Hierosolymis mille artifices abduxerit, qui vario lignorum, metallorum et lapidum genere distincta opera (eingelegte Arbeit) fabricabant. Ita enim vocem נבוכדנצר interpretatur Noster; quae utrum hanc vim habeat, nos non definimus; adeo ampla est נבוכדנצר a quo verbo orta est, notio. Quae fuerit artium apud Persas fortuna, monumenta quaedam e marmore sculpta, et gemmae scalptae, quae ad hanc aetatem pervenerunt, docent. Gens ipsa egregia forma fuit; sed artes in ea progredi longius non poterant, his fere de causis. Primum nudata vestibus corpora pingere, moribus eorum indecorum habebatur, proptereaque artifices eorum, quod summum est in arte, nudarum formarum imagines, conspici non poterant. Porro vestitu eo utebantur, qui nullam

nullam varietatem in ornando admittebat. Deos humana forma nunquam effingebant; quae autem supersunt *Mithras* imagines, ex Caesarum Romanorum aetate videntur profectae, et a Parthis desumptae, qui puritatem cultus divini majorum suorum deseruere, quorum tamen reges literis artibusque Graecorum fautores se praebuerunt. Clauditur hoc Caput observationibus nonnullis egregiis de artium inter populos eos, de quibus disserit, fatis et delineatione operis anaglyphi Romani, sed ad imitationem Aegyptiacorum facti.

Pervenimus ad Caput III. hoc est ad disquisitionem de artibus Hetruscorum et vicinarum gentium. Libertas certe, qua Hetrusci sub regibus suis fruebantur, quam etiam conservarunt civitate Romana donati, artium honori plurimum profuit, quae commerciis quoque terra marique agitatae nutriebantur. Miretur igitur aliquis, eos longius ab artium Graecarum fastigio abfuisse. Verum constat, Hetruscos fuisse atrabiliarios, eamque ob causam multo minus, quam Graeci, ad percipiendam pulchritudinem idoneos. Sane apud eos primum in Occidente divinatio aliaque superstitionis genera orta sunt. In ipsis exsequiis et in theatris cruentas pugnas edebant, quas et in urnis sepulchralibus expresserunt. Romani contra in talibus urnis, quas a Graecis plerumque elaborari curasse videntur, iucundas potius imagines, fabulas vitam humanam spectantes, mortis amoenas icones, Naiades *Hyllum* rapientes, et alia huius generis proponebant: quo pertinet etiam versus ex inscriptione nuper edita in domo *Capponiana* Romae:

ΗΡΠΙΑΚΑΝ ΩΣ ΤΕΡΠΙΝΗΝ ΝΑΙΑΔΕΣ ΟΥ ΘΑΝΑΤΟC

Hanc autem indolem suam quo minus vincere potuerint Hetrusci, et artes diligentius colere, bellis impediabantur, quae cum Romanis infelicia gesserunt; a quibus inter aliam praedam bis mille statuae ex urbe Hetrusca Volturno Romam

mam auctae sunt. Qua ratione Deos et Heroes effinxerint Hetrusci, inde a p. 86. docet Auctor, deinde praecipua artis eorum opera enarrat, quae superfunt; dolet tamen, difficulter ea a Graecis distingui posse. Laudat imprimis statuas Hetrusci operis, Vestalem in Palatio Iustiniano, Sacerdotem in Villa Albana, duas Apollinis statuas itidem Romae, Dianam in Museo Herculano, et alias; ex anaglyphis autem, non modo Hetruscorum sed omnium anaglyphorum quae Romae spectantur, antiquissimum, in Villa Albana, quo Iuno Lucina, vel Rumilia Dea editur. His addit quaedam de gemmis sculptis et numis Hetruscorum, ac denique de urnis ex marmore porphyretico fabricatis, quas *Gorius*, (Mus. Etrur. praef. p. 22.) tradit in Magno Ducatu Hetruriae repertas esse; cuius tamen narrationi fidem nullam adhibet Auctor, quod verisimile sit rem omnem ex monastica Legenda ortam esse. Dicit post haec accuratius a p. 104. de caractere et propriis virtutibus artificum Hetruscorum, secundum triplicem aetatem et mutationem, quam artes apud illos subierunt. In his tertia demum aetas ex imitatione operum Graecorum naturae et elegantiae convenientiora progenit. Adfunt huic Capiti exempla operum Hetruscorum illustriora, in principio quidem eius anaglyphum Romanum, Apollinem, Dianam et Mercurium altare circumstantes sistens, in exitu autem Sectionis II. *Tydus*, ex clarissimis illis *ἱερὰ ἐν Ἐπίδαυρον*, in carniola Musei *Stofchiani*, opus longe pulcherrimum Hetrusci generis. Tertia denique Sectione ostendit Auctor Clar. quantum in artibus profecerint vicini Hetruriae populi, Samnites, Volsci et maxime Campani, additque delineationem Vasis Campani e Museo *Ant. Raph. Mengs*, pictorum hodie principis, quo amor Iovis in Alcmenam comicis figuris adumbratur.

Sed properat ab his animus ad Caput IV. atque adeo ad contemplandas artes in beata earum sede, Graecia. Atque

que hic Sectione I. causas investigat Auctor, quae Graecorum artes ad minime dubium principatum evexerint. Repetit autem illas primum a coeli et naturae, quae Graecis concessa erat, benignitate. Nam in temperatissima amoenissimaque eorum regione pulcherrimae corporum formae prognatae sunt, cuius dotis ipsi sibi Graeci conscii fuerunt; neque in ullo alio populo tantum pulchritudini tributum est, ut adeo certamina quoque illius inirent. Itaque nihil quod pulchritudinem spectabilem redderet, in obscuro illic manebat, eaque artificibus Graecis quotidie ante oculos versabatur. Porro hoc artium inter Graecos fastigium debetur etiam gubernandi apud eos formae, et institutis variis, imprimisque libertati, praemiis quibus eos adficiabant, qui in ludis et exercitiis corporis reliquos vicissent, ac denique formato per libertatem ad sensus sublimes ingenio populi. Accedebat existimatio summa, qua artifices in Graecia fruebantur. Honoratissimi illic erant viri sapientes; solos autem artifices sapientes esse dixit *Socrates*, (in *Platon. Apologia.*) quod sapientes essent, nec viderentur. Iisdem aditus patebat ad omnia reipublicae munia; nomina eorum operibus praestantissimis addebantur, de his autem iudicium ferebant intelligentissimi ex omni populo; ut adeo laudis et gloriae causa in artibus studium ponere potuerint. Omnia enim genera artium et opificiorum, etiam in minutis rebus, debito honore, et quadam nominis immortalitate donabantur. Neque illud tacendum est, artes inter Graecos Diis potissimum, et heroum victorumque per ludos honori, dicatas fuisse, non privatis libidinibus, civium aedibus exornandis, cet. quae ipsa destinationis sublimitas artificum ingenia ad summa quaeque vocabat. Prius autem apud Graecos sculptura et pictura effloruere, quam architectonica; quod illae ab imitatione initia ceperunt, haec contra ab ideis et ratiociniis. Prior etiam sculptura eminent, quam pictura, spectabaturque iam Iupiter *Phidias*, et Iuno *Polyeleti*, perfectissimae, quas antiquitas habuit, statuæ,

tuae, cum lucis et umbrae usus in pictura Graecorum nondum nosceretur. Nam *Apollodorus* et *Zeuxis*, qui XC Olympiade floruerunt, primi eum usum ostenderunt. Hinc nomen *εὐαγρέατος* illi tributum, erravitque *Hesychius*, cum pro *εὐαγρέατος* legendum putaret *εὐαρόγρεατος*. Haec fere in prima huius Capituli Sectione docet Auctor, cuius frontem exornavit longe pulcherrima gemma sculpta operis Graeci, quae olim in Museo *Farneseo* Neapoli servata est, ab annis autem inde viginti periit, ostendens *Thetisum*, occisam a se *Phaiam* seu *Laiam*, composito ad poenitentiam et misericordiam vultu, contemplantem. Sed in exitu Sectionis carniola proponitur, in eaque pater *Achillis*, *Peleus*, capillos filii devovens *Sperchioni* fluvio *Thessaliae*, si quidem ille salvus e bello Troiano redierit.

Iam de natura artis Graecorum interiore, Sectione II. copiosissime agit *Winkelmannus*, et accuratissime, a pag. 141-212. Quo magis autem haec disputatio observationibus elegantissimis, et inter se perpetuo cohaerentibus, referta est, tanto minus nobis licebit, praesertim postquam satis iam in superioribus enarrandis diferti fuimus, eam in pauca contrahere. Legent eam, quicumque artis Graecorum penitus cognoscendae desiderio tenentur. Nos summam illius duntaxat indicabimus. Duabus partibus continetur: quarum altera nudorum corporum delineationem apud Graecos sistit, altera figurarum vestitarum et sexu feminino. Illa cum pulchritudinis contemplatione imprimis nitatur, eam describit Auctor diligentissime. Ostendit enim, quomodo vera eius notio ab artifice arripienda sit, quomodo in operibus eius efformanda, partim cum singulares formae eduntur, (quam dicit *individualem* pulchritudinem,) partim cum plurium partium pulchrarum confociatio tentatur, (quam *idealem* vocat,) quae sit imprimis ex posteriori genere pulchritudo Deorum iuventa florentium apud Graecos, ubi de *Faunis*, de *Apolline*,
Mar-

Marte, Hercule, et Baccho agit; quam pulchritudinem virilis Deorum aetas, quam heroes, ac denique Deae tueantur. Hinc a pag. 167. docet, quales in exprimendis animi motibus, et actione corporis, gesserint se Graecorum artifices: ubi exempli causa duo illa maxime admiranda antiquitatis opera, filias Niobes et Laocoonta, cum filiis duobus, producit, quorum illae timorem certissimae mortis et iam iam instantis, hic acutissimum dolorem, qui omnem corporis sensum occupavit, demonstrat. Sed de utroque Opere videnda est accuratior Auctoris descriptio Parte II. p. 336. et 347. Venit postea ad proportionem corporis humani in operibus artis expressam, et ad pulchritudinem singularum partium illius describendam, monetque iuvenes artium studiosos et peregrinantes, ne, quod saepius fit, censores naevorum in operibus antiquitatis antea agant, quam quid sit in illis pulchrum, sentire didicerint. Ostendit etiam, quam felices fuerint Graeci artifices in delineandis animalium figuris. In primis autem curiosus est a p. 190-212. in describendis eorum figuris femininis, ornatuque et vestibus harum, non modo genera vestitus omnia persequens, sed etiam observans, quam apte quodlibet huic vel illi parti corporis inditum fuerit,

Tertia Sectione huius Capituli incrementa et occasum artium Graecarum enarrat Auctor, quatuor illis aetates, et totidem characteres assignans. Prima aetas in *Phidia* desinit, in eaque *stylus vetustior*, ut adpellat Noster, regnavit. Secutus est sub hoc artifice, aliisque eiusdem temporis, *stylus sublimis*, et magnum in primis spirans; a *Praxitele* ad *Lysippum* et *Apellem* usque, plus gratiae accessit artibus, unde *stylus pulcher et elegans* ortus est; denique *stylus imitatorum* paullo post omnia occupavit, artesque sensim in peius ruerunt. Quid proprium sit cuique stylo, quae illius monumenta supersint, accurate hoc loco docetur. In postrema imprimis aetate observat Auctor, quantum imitatio

summi fastigii quod ars conscenderat, artifices depresserit, seduxeritque ad nimiam in minutis diligentiam: qui tandem sola fere capita elaborarunt felicius, statuis efformandis iam minime pares. Eadem aetati adscribendae sunt pleraeque urnae sepulchrales, quarum videtur magna semper copia venalis profuisse. Eiusmodi urna, sed nonnihil viciata, exstat in Villa Albana; in ea *Ulysses* spectatur, malo navis alligatus, et tres Sirenes, quarum ille cantum metuit, lyra partim, partim tibia ludentes, tertia etiam canente, inserto manui volumine: adiecta est haec inscriptio, nondum vulgata:

ΑΘΑΝΑΘΩΝ ΜΕΡΟΠΩΝ
 ΟΥΔΕΙC· ΕΦΤ· ΤΟΥΔΕ· ΣΕΒΗΡΑ
 ΘΗCΕΥC· ΑΙΑΚΙΔΑΙ
 ΜΑΡΤΥΡΕC· ΕΙCΙ· ΛΟΓΟΥ
 ΑΥΧΩ· ΣΦΦΡΟΝΑ· ΤΥΝΒΟC· Ε
 ΜΑΙC· ΛΑΓΟΝΕC·CΙ· ΣΕΒΗΡΑΝ
 ΚΟΥΡΗΝ· CΤΡΥΜΟΝΙΟΥ· ΠΑΙ
 ΔΟC· ΑΜΤΜΟΝ· ΕΧΩΝ
 ΟΙΗΝ· ΟΥΚ· ΗΝΕΙΚΕ· ΠΟΛΥC
 ΒΙΟC· ΟΥΔΕ· ΤΙC· ΟΥΠΩ
 ΕCΧΕ· ΤΑΦΟC· ΧΡΗCΤΗΝ
 ΑΛΛΟC· ΥΦ· ΗΕΑΙΩΙ

Posthaec quarta Sectione partem mechanicam sculpturae Graecorum, h. e. materiam, in qua illa monumenta sua condidit, persequitur *Winkelmannus*. De marmore primum dicit, cuius diversa apud veteres genera singulari libro enarrasse ait *Garofalum*; sed nec pulcherrimi marmoris naturam docuisse, et in locis veterum colligendis non probasse sibi diligentiam. Addit, solenne esse antiquitatis studiosis, ut e Pario marmore opera artium formata pronuntient, cum tamen quale illud fuerit fere ignorent, multoque frequentior fuerit Penthelii marmoris usus, quod quibus

bus rebus a Pario distet, hodie nos fugit. Ab aliis de marmore observatis transit ad ebur, aes, aliaque arti veterum inservientia: unde quae decerpi possent lectu digna, Lectoribus libri permittenda sunt. Inscriptionem tantum huc referemus, ex Villa Albana, nondum editam, quod numerorum inauratorum mentionem habet, servatis mendis in versu quinto et penultimo:

D. M.
 FECIT. MINDIA. HELPIS. IVLIO. THALLO
 MARITO. SVO. BENE. MERENTI. QVI
 FECIT
 OFFICINAS. PLVMBARIAS. TRASTIBERINA
 NVMLARIORVM. QVI. VIXIT
 ANN. XXXII. M. VI
 ET. C. IVLIO. THALLO. FILIO
 DVLCISSIMO. QVI. VIXIT
 MESES. III. DIES. XI. ET. SIBI. POSTERISQVE
 SVIS

Sectione denique quinta picturae Graecorum reliquiae, quas inventa Herculaniensis amplissimas reddidere, describuntur, ac primo quidem loco quae Romae repertae sunt, postea quas Herculani dedit. In his laudat Auctor maxime Saltatrices, Bacchan, et Centauros, et cum his Achillem, qui musicam a Chirone docetur. Exeunte autem anno LXI. in ruinis Stabiarum quatuor picturae inventae sunt, de quibus diligenter a pag. 269-275. dicit Auctor; aliae nonnullae Romae anno LX. ex quibus ipse duas possidet non contemnendas; et eodem anno in vicinia Romae picturae nonnullae, in his Ganymedes longe pulcherrimus. Plerasque autem harum picturarum, Caesarum aetati adsignandas esse putat Auctor, et Graecis artificibus adscribendas. Subiungit denique disputationem de ratione,

udo tectorio pingendi, ad quam illae omnes factae sunt. Haec ille de historia artium apud Graecos, quae ipsa monumentis earum quibusdam illustravit, ut p. 141. gemma, quae olim in Farnesio Museo Neapoli fuit, Bacchi et Ariadnes capita summae pulchritudinis ostendente: p. 213. duobus vetustissimis numis Syracusanis: et p. 262. picturis duabus non longe Roma, ut supra diximus, repertis: altera saltantes tres foeminas, cum homine tibiam inflante; altera Erichthonii historiam refert, Palladem nimirum cum corbe seu cista mystica, cui ille inest, et filias Cecropis tres, quarum uni cura illius demandata fuerat.

Breviter iam Capite V. p. 289-312. de artium apud Romanos honore dicitur. Superfunt adhuc quaedam ipsorum opera, cum adiectis artificum Romanorum nominibus. Verum hi antiquissima aetate Hetruscis imitati sunt, seriore autem Graecos. Itaque vix proprium aliquid in colendis artibus fuisse Romanis videtur. Quod alii contrariam sententiam amplexi sunt, inde ortum est, iudice Nostro, partim quod figuras in Romanis operibus propositas ad Romanam historiam retulerunt, non, quemadmodum debebant, ad Graecam; partim quod nulla artium opera, in quibus parum elegantiae esset, Graecis adscribere, propter reverentiam gentis, ausi sunt, sed Romanis tribuerunt. Ipsos natales artium apud Romanos, earum incrementa, vicissitudines, et historiam omnem, inde a Regibus ad devictum usque a Paulo Aemilio Perseum, a p. 294-302. expedit Auctor. Hinc ad p. 312. de vestitu omni armisque virorum Romanorum ita disserit, ut artifices inde de monumentis artium Romanis tanto accuratius iudicare discant. Praefixa est huic capiti pars vasis cylindrici, cui Castor et Pollux incisi sunt, hic quidem Amycum cestu superatum arbori alligans, adstante Pallade, et figuris aliis: opus ex antiquiore Reipublicae Romanae aetate. In exitu autem huius Capituli aliud vas Romani operis exhibetur, quo ea videntur

Winckel.

Winckelmanno proponi, quae *Homerus* Odyss. XVIII, 369-467. narrat.

Atque ita pervenimus ad alteram Partem huius Historiae, progredientem a p. 313-431. et artium Graecarum historiam angustiore vocabuli sensu tradentem. Hoc enim loco primum epochas quasdam historiae artium Graecarum constituit Auctor, ut aetatem Phidiae, Alexandri M. successorum eius, Caesarum Romanorum, ac denique Septimii Severi, refertque ad singulas fata artium ac reipublicae statum, quo illae vel adiutae sunt, vel depressae, artifices nobilissimos, opera eorum, diversas provincias in quibus artes florere, ut Graeciam ipsam, Siciliam, Aegyptum, Magnam Graeciam, Bithyniam, Pergamum, ac Romam denique. Inter omnia opera, quae hic describuntur copiosius, et cum vero pulchritudinis sensu, eminent inprimis *Niobe* et *Laocoon*, de quibus iam supra diximus, dein fragmentum illud clarissimum, seu truncus statuæ *Herculis* in suburbano Romano, cui *Belvedere* nomen est, et eodem loco *Apollinis* statua, omnium operum, quae ars veterum protulit, propter incredibilem et humana forma angustiore non modo pulchritudinem, sed dignitatem etiam et suavitatem sublimiorem, summum, in quo describendo, entusiasmo quodam abreptus est Noster p. 392. sq. Mittimus alia in hac historia, lectu quidem illa iucundissima atque utilissima, sed paullo magis, quam illa superioris Partis, vulgata; quamvis et hic rariores observationes plurimae, et ex penetralibus artium depromptae, interspersae sint. Tristior est exitus libri, cum in tot operum praestantissimorum, ipsarumque artium interitu describendo, versetur. Hunc postquam iustissimis querelis persecutus est Auctor, adhortatur artifices, ut vel in ipsis operum antiquitatis reliquiis, vel etiam egyptis intuendis et rimandis, summam diligentiam ponant. Accuratus de artibus scripturos fuisse veteres, nisi illae tantum apud eos culmen attigissent, et innumeris operibus omnium ore atque oculis fuissent celebratae: nobis, quibus

bus tenuis hereditas ex hoc genere contigerit, tanto attentius ea utendum esse. Ceterum, in principio huius Partis gemma expressa est Musei Farnesiani, in qua Iupiter spectatur, fulmine gigantes feriens, opus *Athenionis*, qui nomen adiecit; porro opus anaglyphum e Villa Albana, in quo sculptor protomen filii considerat, cum uxore. Liber autem omnis clauditur eximia Sarda, seu Carniola, e Museo *Carlilii*, Viri generosi in Anglo-Britannis, quae Mercurium Criophorum refert, habetque et ipsa artificis nomen *Dioscoridis*.

Nobis, qui tanto locorum intervallo a praestantissimis Graecarum artium monumentis, sculpturae maxime et picturae, arcemur, nihil fere superest, quam ut impense laudemus quidquid collatum est a *Winkelmanno* ad ea opera illustranda hoc libro studii, eique et nostro, et posteritatis nomine gratias agamus. Habent viri docti, habent artifices, et elegantiae omnis studiosi, quod contemplentur opus; dignissimum profecto, quod inventis, observationibus, iudicandi subtilitate sua, exornent, augeant, confirment.



NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiae

Calendis Iulii et Aug. Anno MDCCLXV.

*INTEGRATIO QUARUNDAM QUANTITATUM
differentialium, quae originem habent a Lineis, quae
ad Circulum referuntur, Auctore Archidiacono IO-
FRANCISCO de TUSCHIS a FAGNANO, ex S. Ho-
norii Marchionibus, Nobili Romano, et Patrio
Senogallienfi.*

Celeberrimus, famaeque nunquam interiturae Vir, Iohan-
nes Bernoullius, in quodam suo Schediasmate, inscri-
pto: *Continuatio Materiae de Traiectoriis reciprocis, imprimis
de Pantagonal, ad Articulum XI.* utitur his verbis: *Un-
de hoc emergit paradoxum, omnes has formulas* $\frac{S a^3 dt}{(a^2 t + 2t^2)}$;

$\frac{S. (a^3 - a t^2) dt}{2(a^2 t + t^2)}$; $\frac{S. (a^2 - 3 a^2 t^2) dt}{(a^2 + t^2) X (3 a^2 t - t^2)}$ etc, per solas Areas

hyperbolicas, vel, quod perinde est, per meros Logarithmos inte-
grari, adeoque nihil, ut alias in huiusmodi fractionibus rationa-
libus plerumque fit, absolute integrabile, vel reducibile ad Arcus
Circuli, in illis comprehenditur, quod a priori invenire res forsam
esset difficilioris indaginis.

Tab. II. Hoc est: Fig. 1. sumpto in Quadrante Circuli *CAMNB* radio *CA* (*a*) descripti Arcu *AM*, qui a Tangente *AT* $=t$ determinetur, quoniam $\frac{a^2 dt}{a^2+t^2}$ est differentiale Arcus *AM*; $\frac{2a^2 t}{a^2-t^2}$ est Tangens Arc. $2AM$; $\frac{3a^2 t-t^3}{a^2-3t^2}$ est Tang. Arc. $3AM$; si fiat Arcus *AM* = *A*, et radius *CA* = 1. Integratio differentialium $\frac{dA}{\text{Tang. } A}$; $\frac{dA}{\text{Tang. } 2A}$; $\frac{dA}{\text{Tang. } 3A}$ etc. id est, posito quod *n* significet quemcunque numerum integrum positivum, generaliter Integratio differentialis $\frac{dA}{\text{Tang. } nA}$ habebitur per Hyperbolae quadraturam, sive per Logarithmos. Non igitur rem prorsus inane praestitisse me arbitror, si methodo usus perquam simplici, Bernulli Theorema generalius enunciatum *a priori* demonstraverim, simulque alia Theoremata indicaverim, quae quandam cum Bernulliano affinitatem habent, eademque adhibita methodo facile demonstrantur.

Lemma Problematicum.

Invenire relationem inter Tangentes *t*, et *T* duorum Arcuum circularium *A*, *nA*, qui sunt ad invicem ut unitas est ad *n*. Denotat *n* quemcunque numerum integrum, fractum, positivum, vel negativum, irrationalem, et quoque imaginarium.

Solutio.

Sit radius Circuli = 1. Quoniam per Hypothesin *A. nA* :: 1. *n*; erit per elementa Calculi differentialis $\frac{dA}{dA}$.

$dA. n dA :: 1. n$, hoc est in terminis analyticis

$$\frac{dt}{1+tt} : \frac{dT}{1+TT} :: 1. n; \text{ ideoque } \frac{ndt}{1+tt} = \frac{dT}{1+TT}$$

et ducendo in $\sqrt{1-tt}$

$$\frac{ndt\sqrt{1-tt}}{1+tt} = \frac{dT\sqrt{1-tt}}{1+TT}, \text{ et integrando}$$

$$L. \frac{(1+t\sqrt{1-tt})^n}{(1+tt)^{\frac{n}{2}}} = L. \frac{(1+T\sqrt{1-tt})}{\sqrt{1+TT}}$$

et sublata expressione Logarithmica

$$\frac{(1+t\sqrt{1-tt})^n}{(1+tt)^{\frac{n}{2}}} = \frac{1+T\sqrt{1-tt}}{\sqrt{1+TT}}$$

Fiat nunc $1+tt=uu$, eritque $\sqrt{1-tt} = t\sqrt{1-tt}$, hinc surrogando, Aequatio praecedens immutabitur in

$$\frac{(1+\sqrt{1-tt})^n}{u} = \frac{1+T\sqrt{1-tt}}{\sqrt{1+TT}}, \text{ et quadrando}$$

$$\frac{(1+\sqrt{1-tt})^{2n}}{u^{2n}} = \frac{1+2T\sqrt{1-tt}+TT}{1+TT}, \text{ atque addendo}$$

at utramque partem unitatem, inde per 2 dividendo

$$\frac{(1+\sqrt{1-tt})^{2n} + u^{2n}}{2u^{2n}} = \frac{1+T\sqrt{1-tt}}{1+TT} = \frac{1}{1-T\sqrt{1-tt}}$$

$$\text{Consequenter } 1-T\sqrt{1-tt} = \frac{2u^{2n}}{(1+\sqrt{1-tt})^{2n} + u^{2n}}$$

Zz 2 et

et transferendo, postea per $\sqrt{1-u^2}$ dividendo

$$\frac{(1+\sqrt{1-uu})^{2n} - u^{2n}}{((1+\sqrt{1-uu})^{2n} + u^{2n}) \times \sqrt{1-u^2}} = T$$

Postremo in praecedenti aequatione loco $\sqrt{1-uu}$ repa-
natur $t\sqrt{1-u^2}$, et loco u^{2n} substituitur $(1+tt)^n =$
 $(1+t\sqrt{1-u^2})^n \times (1-t\sqrt{1-u^2})^n$ eademque conver-
tetur in

$$\frac{(1+t\sqrt{1-u^2})^{2n} - (1-t\sqrt{1-u^2})^n \times (1-t\sqrt{1-u^2})^n}{((1+t\sqrt{1-u^2})^{2n} + (1+t\sqrt{1-u^2})^n \times (1-t\sqrt{1-u^2})^n) \times \sqrt{1-u^2}} = T$$

Id est

$$(1) \frac{(1+t\sqrt{1-u^2})^{2n} - (1-t\sqrt{1-u^2})^n}{((1+t\sqrt{1-u^2})^{2n} + (1-t\sqrt{1-u^2})^n) \times \sqrt{1-u^2}} = T$$

Quod erat inveniendum

Scholion.

I.

Sit Cotang. Arcus $A = u$, et Cotang. Arcus $nA = V$.

Per Trigonometriae Elementa $t = \frac{1}{u}$; $T = \frac{1}{V}$, ergo

substituendo profuet ex aequatione (1)

$$(2) \frac{((u+\sqrt{1-u^2})^{2n} + (u-\sqrt{1-u^2})^n) \times \sqrt{1-u^2}}{(u+\sqrt{1-u^2})^{2n} - (u-\sqrt{1-u^2})^n} = V$$

II.

Sit sec. Arc. $A = s$, et Sec. Arc. $nA = S$; erit

$$\sqrt{ss-1} = t; \sqrt{SS-1} = T, \text{ et per aequationem (1)} \\ (3)$$

$$(3) \frac{2s^n}{(1+r_{ss-1}r_{-1})^n + (1-r_{ss-1}r_{-1})^n} = S$$

III.

Sit Cofec. Arc. $A=r$, et Cofec. Arc. $nA=R$; erit ex Trigonometricis $\frac{1}{r} = r_{rr-1}$; $\frac{1}{R} = r_{RR-1}$; ideoque peractis solitis substitutionibus, riteque calculando, aequatio (1) immutabitur in

$$(4) \frac{2r^n r_{-1}}{(r_{rr-1} + r_{-1})^n - (r_{rr-1} - r_{-1})^n} = R$$

IV.

Sit Cofin. Arc. $A=x$; Cofin. Arc. $nA=X$, eritque $x = \frac{1}{s}$, et $X = \frac{1}{S}$; consequenter per aequationem (3)

$$(5) \frac{(x+r_{1-xx}r_{-1})^n + (x-r_{1-xx}r_{-1})^n}{2} = X$$

V.

Sit Sin. Arc. $A=y$, et Sin. Arc. $nA=T$, eritque $x = r_{1-yy}$, $X = r_{1-TT}$, ideoque substituendo, recteque tractando praecedentem aequationem, ex ea prodibit

$$(6) \frac{(r_{1-yy} + y r_{-1})^n - (r_{1-yy} - y r_{-1})^n}{2r_{-1}} = T$$

VI.

Sit Sin. verf. Arc. $A=q$, et Sin. verf. Arc. $nA=Q$. Cum sit $x = 1-q$; $X = 1-Q$, ex aequatione (1) proveniet

$$(7) \frac{2 - (1 - q + \sqrt{2q - qq} \sqrt{-1})^n - (1 - q - \sqrt{2q - qq} \sqrt{-1})^n}{2} = Q$$

VII.

Non dissimili modo, si abscissa complementi ad semicirculum Arc. A sit L , et abscissa complementi ad semicirculum Arc. nA fuerit L ; cum sit $q = 2 - L$; $Q = 2 - L$, praecedens aequatio exhibebit

$$(8) \frac{2 + (L - 1 + \sqrt{2l - ll} \sqrt{-1})^n + (l - 1 - \sqrt{2l - ll} \sqrt{-1})^n}{2} = L$$

VIII.

Non aliter si fuerit corda Arc. $A = m$; corda Arc. $nA = M$, cum sit $q = \frac{mm}{2}$; $Q = \frac{MM}{2}$, erit per aequationem (7).

$$(9) \frac{2 - (2 - mm + m \sqrt{4 - mm} \sqrt{-1})^n - (2 - mm - m \sqrt{4 - mm} \sqrt{-1})^n}{2} = M.$$

IX.

Tandem si fuerit corda complementi ad semicirculum Arcus $A = p$, et corda complementi ad semicirculum Arcus $nA = P$, tunc $l = \frac{pp}{2}$; $L = \frac{PP}{2}$, et substituendo aequatio (8) erit

$$(10) \frac{2 + (pp - 2 + p \sqrt{4 - pp} \sqrt{-1})^n + (pp - 2 - p \sqrt{4 - pp} \sqrt{-1})^n}{2} = P.$$

Theorema Fig. 1.

Sumpto in Circuli Quadrante AMB radio CA (1) descripti Arcu $AM = A$, cuius Tangens AT , retineatque n , quam habuit in Lemmate, significationem. Dico Integrale quantitatis dA , pendere ab Hyperbolae Quadratura, sive a Logarithmis. Demon-

Demonstratio.

Sit Tangens $AT = t$. Inde fumatur Arcus AN , cuius Tangens $AS = T$, ita tamen ut locum habeat aequatio (1); tunc erit per Lemma Arc. $AM = \frac{1}{n}$ Arc.

AN ; ideoque diff. Arc. $AM = \frac{1}{n}$ diff. Arc. AN , hoc est in terminis Analyticis $\frac{dt}{(1+tt)} = \frac{dT}{n(1+TT)}$

Uterius Tang. Arc. $nAM = \text{Tang. Arc. } AN = T$; ergo quae praecedit Aequatio per hanc dividatur erit,

$$\text{Tang. Arc. } nAM(1+tt) = \frac{dT}{nT(1+TT)}$$

$$\text{Sed } \frac{dT}{nT(1+TT)} = \frac{1}{n} \frac{dT}{T} - \frac{1}{n} \frac{TdT}{(1+TT)}$$

$$\text{Ergo } \frac{dt}{\text{Tang. Arc. } nAM(1+tt)} = \frac{dT}{nT} - \frac{TdT}{n(1+TT)}$$

Atque integrando

$$\frac{S.dt}{\text{Tang. Arc. } nAM(1+tt)} = \frac{1}{n} L.T - \frac{1}{2n} L.(1+TT)$$

hoc est

$$(1) \frac{S.dt}{\text{Tang. Arc. } nAM(1+tt)} = \frac{L.T \frac{1}{n}}{(1+TT)^{\frac{1}{2n}}}$$

Nunc loco $\frac{dt}{1+tt}$ ponatur dA , et loco Arc. AM ponatur A , erisque

S. d. A

$$\frac{S. dA}{\text{Tang. } nA} = L. \frac{T^{\frac{1}{n}}}{(1+TT)^{\frac{1}{n}}} \quad \text{Q. E. D.}$$

Scholion I.

Quando Arcus AM Quadranti AB sequatur, notum est, Arc. A tangentem t evadere infinitam, ideoque posito quod n sit numerus integer affirmativus, infinita quoque erit Arcus nA Tangens T ; ideoque, cum in hoc casu utrumque aequationis (11) membrum aequetur nihilo, patet, quod in hac Hypothesi eadem aequatio (11) sit completa.

Exempla.

Sit $n = 1$. Per aequationem (1) erit $T = t$, ergo per aequationem (11)

$$\frac{S. dt}{t+t^3} = L. \frac{t}{\sqrt{1+tt}}$$

Sit $n = 2$, per eandem aequationem (1) Tang. 2 Arc. AM , hoc est $T = \frac{2t}{1-tt}$, dabitque aequatio (11)

$$\frac{S. dt(1-tt)}{2t+2t^3} = L. \frac{\sqrt{2t}}{\sqrt{1-tt}} \text{ divis, per } \frac{\sqrt{1+tt}}{\sqrt{1-tt}} = \frac{1}{2} L. \frac{2t}{(1+tt)}$$

Esto $n = 3$. Per aequationem (1) erit Tang. 3 Arc. AM , id est $T = \frac{3t-t^3}{1-3tt}$, Ideoque

$$1+TT = \frac{1+3tt+3t^4+t^6}{(1-3tt)^2} = \frac{(1+tt)^3}{(1-3tt)^2}$$

Factis ergo debitis substitutionibus, in aequatione (11) haec evadet

$$\frac{S. dt(1-3tt)}{(1+tt) \times (3t-t^3)} = L. \frac{(3t-t^3)^{\frac{1}{2}}}{(1-3tt)^{\frac{1}{2}}} \text{ divis. per } \frac{\sqrt{1+tt}}{(1-3tt)^{\frac{1}{2}}}$$

$$\text{Id est } S. \frac{dt(1-3tt)}{(1+tt) \times (3t-t^3)} = L. \frac{(3t-t^3)^{\frac{1}{2}}}{\sqrt{1+tt}}$$

Exempla superius allata eadem exhibent integralia, quae dedit Bernullius.

Scholion II.

Pro Methodi applicatione exercenda sequentia lubet adhibere Theoremata.

Praesupponuntur respectivae aequationes (1), (2), (3), (4), (5), (6), (7), (8), (9), (10).

A ; dA ; et n eandem, ut superius, retinent significationem.

Theorema I.

$$S. dA \times \text{Tang. } nA = L. (1+TT)^{\frac{1}{2n}}$$

Theorema II.

$$\frac{S. dA}{\text{Cotang. } nA} = L. \frac{(1+VV)^{\frac{1}{2n}}}{V^{\frac{1}{n}}}$$

Theorema III.

$$S. dA \times \text{Cotang. } nA = L. \frac{1}{(1+VV)^{\frac{1}{2n}}}$$

Theorema IV.

$$\frac{S. dA}{\text{S. } nA} = \frac{1}{n} \frac{\sqrt{SS-1}}{S}$$

Ass

Theo.

Theorema V.

$$S. dA \times \text{Sec. } nA = \frac{1}{n} L. (S. + \sqrt{SS-1})$$

Theorema VI.

$$\frac{S. dA}{\text{Cofec. } nA} = -\frac{1}{n} \frac{\sqrt{RR-1}}{R}$$

Theorema VII.

$$S. dA \times \text{Cofec. } nA = \frac{1}{n} L. (R - \sqrt{RR-1})$$

Theorema VIII.

$$\frac{S. dA}{\text{Cofin. } nA} = \frac{1}{n} L. \frac{(1 + \sqrt{1-XX})}{X}$$

Theorema IX.

$$S. dA \times \text{Cofin. } nA = \frac{1}{n} \sqrt{1-XX}$$

Theorema X.

$$\frac{S. dA}{\text{Sin. } nA} = \frac{1}{n} L. \frac{(1 - \sqrt{1-YY})}{Y}$$

Theorema XI.

$$S. dA \times \text{fin. } nA = -\frac{1}{n} \sqrt{1-YY}$$

Theorema XII.

$$\frac{S. dA}{\text{fin. verif. } nA} = -\frac{1}{n} \frac{\sqrt{2-Q}}{\sqrt{Q}}$$

Theorema XIII.

$$S. dA \times \text{fin. verif. } nA = -\frac{1}{n} \sqrt{2Q-QQ+A} \quad \text{Theor.}$$

Theorema XIV.

$$\frac{S. d A}{\text{Abcif. Compl. } n} = \frac{1}{n} \frac{\sqrt{2-L}}{\sqrt{L}}$$

Theorema XV.

$$S. d A \times \text{Abcif. Compl. } n A = \frac{1}{n} \sqrt{2L - LL + A}$$

Theorema XVI.

$$\frac{S. d A}{\text{Cord. } n A} = \frac{1}{n} L \cdot \frac{(2 - \sqrt{4 - MM})}{M}$$

Theorema XVII.

$$S. d A \times \text{Cord. } n A = \frac{2}{n} \sqrt{4 - MM}$$

Theorema XVIII.

$$\frac{S. d A}{\text{Cord. Compl. } n A} = \frac{1}{n} L \cdot \frac{(2 + \sqrt{4 - PP})}{P}$$

Theorema XIX.

$$S. d A \times \text{Cord. Compl. } n A = \frac{2}{n} \sqrt{4 - PP}$$

In his omnibus Theorematis Quantitas constans, suo loco et tempore adhibenda, non amittatur.

A. C. CELSI DE MEDICINA LIBRI OCTO.

Ex fide vetustissimorum Librorum recensuit, innume-
ris depravationibus, partim aliunde, partim ab Lindo-
nio inuestis, liberavit, Lectiones Variantes et Animad-
versiones, tum aliorum probatissimorum Auctorum, Cae-
sarii, Constantini, Ios. Scaligeri, Casauboni, Almelovee-
nii, Morgagni, Trilleri, tum suas, nec non Indices co-
piosos

piofos, aliaque adiecit CAROLUS CHRISTIANUS KRAUSE.

Lipsiae, sumptibus Caspari Fritschii, MDCCLXV Alph. 2.
plagg. 11. in octavo.

Quod dudum et litterati Viri, et veteris Medicinae cultores in votis habuere, ut tandem aliquando A. C. CELSI Opus eximium, tot foedis mendis, partim Librariorum incuria et negligentia, partim LINDENII male seduli cura, seu, ut rectius dicamus, temeritate inuictis, liberaretur, id demum a Cl. KRAVSIO effectum, imo vero propemodum perfectum esse, vehementer gaudemus. Iam sub finem anni MDCCLXII. vir idem clarissimus ediderat Specimen emendationum locorum complurium in libris quatuor posterioribus Auctoris eiusdem. Quae cum idoneis harum rerum aestimatoribus admodum probarentur, fuere qui totum CELSVM ab Viri rerum ad artem medicam pertinentium apprime gnaro ornatum vehementius etiam atque etiam expeterent. Neque illos, quam de Viro doctissimo conceperant, spes et opinio, fefellit. Quocumque enim oculos convertimus, et circumspicimus, et minime infelicem emendatorem suspicimus. Quod ne frustra, aut absentandi causa dixisse videamur, quam Vir Clariss. secutus sit rationem exponere decet. CELSI textum, prout primum ab LINDENIO partim emendatus, partim depravatus, in publicum A. MDCLVII. prodiit, ac postea iterum iterumque ac saepius ad verbum descriptus circumfertur, ex editione Patavina A. MDCCL. contulit cum vetustissimis editionibus, quarum praecipuae sunt Florentina, omnium prima, Veneta prima, secunda, tertia, et quarta, seu Iuntina, Aldinae duae, Parisiensis A. MDXXIX, H. STEPHANI, PANTINI RONSSEI, ut recentiores et viliores ex prioribus omittamus. Inspevit quoque LOMMII Commentarium in Librum primum, PAWII Commentarium in Librum octa-

p̄stavum; nec non Versiones, Britannicam, Gallicam, et Germanicam seculi decimi sexti. Ab his tamen nihil omnino profecit. Neque lectiones variantes, ex Libro octavo Celsi Codicis Florentini ab ANTON. COCCHIO descriptas, et Florentiae A. MDCCLIV. evulgatas, praeteriit. Parum tamen et haec adiuvere. Epistolis Venerandi MORGAGNI plurimum tribuit; subinde tamen ab sententia acutissimi Viri recessit, iudiciumque sui rationem, adiectis animadversionibus, reddidit. Easdem Epistolas ita contraxit, ut in Notis subiunctis Illustris Viri observationes fere omnes compendio temporis legi possint. Iisdemque Notis subiecit Illustris Viri, DANIELIS WILHELMI TRILLERI, Animadversiones in Libros tres priores. Editionum Indiculum auxit, et novum Indicem alimentorum et medicamentorum a CELSO commemoratorum addidit, tam locupletem, ut ex locis, ubi medicamenti et alimenti alicuius mentio facta est, vix quidquam desideretur. ALMELOVEENII notas, textui subiectas, servavit non solum, sed auxit etiam; loca quoque parallela diligentius, et sic notata cernimus, ut emendationes ab Editore factas, luculenter cuique comprobatum iri speremus. His in conspectum quendam productis, de ratione emendandi dicemus. Loca CELSI, quae in editione supra dicta attingenda viderentur, digessit in genera quatuor. Quaedam omnino perspicua visa sunt, quamvis editiones priores omnia alia exhibeant. Alia sunt, et numerosissima quidem, ubi apud priscos rectiora legas. Neque pauca invenit Editor, ubi dubitare possis, prisca an recentior lectio praefenda sit. Nec desunt, ubi nulla editio, sive prisca fuerit, sive recentior, sensum suppeditat perspicuum. Primi generis loca non mutanda esse, quisque intelligit. Ex eorum numero sunt sequentis. Pag. 2. l. 21. omnes priores editiones habent: *nonnulli clari viri n. medicinam exercuerunt etc.* Lindemiana vero: *nulli clari etc.* quae lectio, cum planissime respondeat verbis consequentibus, ab Editore servata est. Pag. 535. l. 16. prisca editionum lectiones admodum variant.

LINDENIVS pro *correpto* aut *correcto* habet *porrecto*; quod, quia sensum perspicuum praestat, Editor retinuit, simulque Illustrem MORGAGNVN, qui l. 19. pro *batulum* legi *brachium* vult, verum non vidisse docet, totumque obscuriorem locum illustrat. Secundi generis loca haec sunt: p. 108. l. 29. p. 109. l. 5. LINDENIVS puerilem paene depravationem textui plano ac perspicuo intulit, quam ab Editore sublatam cernimus. P. 114. l. 5. 9. apud priores editores scriptum est: *Ac si quando is* (sc. morbus) *non in toto corpore, sed in parte est, magis tamen ad rem pertinet, vim totius corporis moliri, quam propriae partes aegre* (alii *aegras*) *sanentur*. In hoc loco Lindenius posuit *At* pro *Ac*; et postrema verba mire mutavit, scripsitque: *moliri, quam partis, cum per eam partes aegre sanentur*. Editor docet, locum, prout a priscis editus est, perspicuum esse, si scribas *proprie* pro *propriae*, et vocalem *quam* non ad verbum *magis* referas, sed per *quantumvis* vel *quamvis* exponas. CELSVS enim antea de curationibus communibus dixerat, quibus propriae ab eo opponuntur. P. 499. l. 28-30. obscurior omnibus antea visus locus, felicissime et emendatus et illustratus est. Prisci scripserant: *sub his quoque musculis, qui tempora consistunt, os medium, in exteriorem partem inclinatum, positum est*. LINDENIVS scripsit: *Super hos quoque musculos etc.* Sed Editor lectionem priorum editorum restituit, et *os medium* per *os cuneiforme* exponit, suaeque explicationis rationem reddit, et ORIBASII auctoritate se tuetur. Ad genus locorum tertium Editor refert verba p. 163. l. 7. 8. ubi LINDENIVS pro *semen iunci* posuit *iunci flos*. Utraque enim lectio non omnino improbabilis est. Praeter hanc tamen mutationem veteris textus, Lindenum *illud et hoc* cum *illum* et *hunc* praeter necessitatem commutasse docetur. Locorum genus quartum est, ubi nemo ante Editorem veram lectionem reperire potuit. In his emendandis laudes non mediocres promeruit Cl. KRAVSIVS. Nam multa admodum, solo ingenio adiutus, restituit, quod tamen, ne luxuriaret,

riaret, continuit; uti in locis quibusdam manifestum est. Ita p. 281. l. 30. ante LINDENIVM legobatur: *mal, absinthii cyathus*: pro his LINDENIVS posuit *mellis absinthii*. Editor priscam lectionem retinuit quidem, sed tamen monet, legendum esse *melampythii cyathus*; quam lectionem veram esse, omnes, quicumque locum inspexerint, fatentur. Pag. 502. l. 33. prisci scripserant: *Ac sic, uno flexu modico in promptum dato, caeteris negotiis homo et rectus insistit, et aliquid ad necessaria opera curvatur*. LINDENIVS, pro more, locum, quem non intellexit, audacter mutavit, in *prorum* pro *in promptum, aliquantum* pro *aliquid* substituendo. Sed Editor docet, priscam lectionem et verissimam esse, et explicatu facilem, dummodo pro *uno* legas *una*. Quae quidem circumspectio emendatorem arguit nullo modo temerarium. In iis autem locis, ubi ingenio indulgit, nullam a Lectoribus veniam sibi expetit, neque censuram acerrimam sibi displicentiam esse profitetur. Magnum nos iudicii acumen ab Editore adhibitum esse, certe negare non possumus. Et ubi forsan aliquid humani admissum fuerit, ex lectionibus variantibus, magna diligentia collectis, congestis, et textui subiectis, veriore sibi visam quisque lectorum facile substituet. Ipse autem textus ceteroquin debita cura descriptus est, et saepius, sola interpunctione mutata, quam antea lectu facilius. Quibus rebus effecit *Krausius*, Vir doctissimus, his Eruditorum Aetis scribendis Collega noster amantissimus, ut magno sibi beneficio obstrinxerit rem publicam litterariam, et insigne simul doctrinae, crasseos, intelligentiaeque medicae documentum, publice proposuerit.

HISTORIA ZARINGO-BADENSIS. AUCTOR
IO. DANIEL SCHOEPFLINUS, Historiographus
Franciae. TOMUS PRIMUS.

Carolsruhae, ex officina Maklotiana, MDCCLXIII.
 Alph. 2. plagg. 15. quaternis, c. tabb. aen.

. Non

Non dubium est, quin universam Germaniae historiam brevi tempore multo pleniorum atque accuratiorum habituri simus, si omnium eius partium singularium descriptiones darentur, descriptionis *Cel. Schoepflini*, quam de rebus Badensibus confecit, similes; id quod tamen pro ratione temporis nostri, quae ita fert, ut perpauca historiarum scriptoribus Scrinia publica pateant, quemadmodum huius operis Auctori patuerunt, vix expeti debet, ne dum expectari. Tanto igitur accuratior erimus in percensendis iis, quae opere hoc, omni eruditionis apparatu conspicuo, continentur, quanto expeditius alioquin est iudicium de vulgaribus illis libris, quibus non tam donamur, quam obruimur. Fontibus Auctor in conscribenda hac historia usus est partim monumentis Chartisque publicis, partim Scriptoribus Sec. XVI. et XVII. Ioh. Pistorio, Ioh. Friderico Junglero, Gabriele Foerstro, Io. Gamanio, Friderico Theobaldo Sahlero, Carolo Friderico Drollingero. *Lib. I. Cap. I.* continetur introductio in totum opus, in qua Auctor Domum Badensem una cum Lotharingica et Austriaca originem ex Alsatia trahere demonstrat, ab Etichone Alsatiae Sec. VII. Duce. Huius a filio natu primo Adelberto, uti Marchiones Badenses et Archiduces Austriae, ita ab altero Eberhardo Duces Lotharingiae, deducendi sunt. Scriptores huc pertinentes habemus *Augustinum Calmetum*, qui singulari libro exposuit origines Ducum Lotharingicorum; *Herrgottum*, qui Austriacorum; et qui Badensium denique Marchionum historiam scripsit, *Cel. Schoepflinum*. Omnis haec eius Historia Septem diversis distinguitur Periodis, de quibus nunc sigillatim dicemus. Prima, ab Etichone, Alsatiae Sec. VII. Duce, ad Bertoldum I. Zaringiae Ducum et Badensium indubitatum Sotorem, illi Auctori vocatur *Alfata - Brisgovica*. Secunda, a Bertoldo I. ad Bertoldum V. qui Sec. XIII. Zaringorum fuit postremus, *Zaringica*. Tertia ab Hermannis VI, Marchionibus Badae, sibi ordine succedentibus, *Hermanniana*. Quar-

ta est *Bada-Hachbergica*, a Satore *Henriciana*, quae deinceps in *Hachberga-Hachbergensem*, et *Hachberga-Sausenbergensem* divisa fuit. Quinta Badensis est senior, ab auctore suo *Rudolphina*, quae usque ad Bernardum I. procedit, sub quo Hachbergicus Marchionatus ad Lineam Badensium rediit, Hachbergica cum Ottone extincta, quod A. 1418. evenit. Sexta *Bernardiana* est, a Bernardo I. ad Christophorum usque se extendens, sub quo Sausenbergicae quoque terrae A. 1503. ad Badensem stirpem redierunt, Sausenbergensi extincta. Septima denique *Periodus*, quae *Christophoriana*, a Marchione Christophoro, ad nostrum usque tempus decurrit, Badensis est iunior, in Bada-Badensem denuo, et Bada-Durlacensem tributa. Antequam vero Auctor ad ipsum rerum, quas scripturus erat, expositionem accederet, antiquiora tria Systemata, quae de origine Marchionum Badensium condita sunt, proponit, et quid de iis, eorumque conditoribus statuendum sit, docte disquirat. Primi illorum Systematum auctor est Petrus Andlaviensis, qui Badensium Marchionum originem ex Italia repetiit; quam eius opinionem, in Libro de Imperio Rom. L. 1. C. 15. divulgatam, Auctor noster Cap. 2. bene refutat. Alterum Systema conditori debetur Guilimanno, qui, relicto Systemate Italico, primus Marchiones ex Helvetia deduxit. Huius sententia examinatur Cap. 3. Tertium denique Systema, Cap. 4. expositum, est eorum, qui gentem Badensem derivant ex Alfatia, quam eius originem a Vignierio primum propositam, explicuerunt deinceps Eccardus et Herrgottus, Auctor vero noster rationibus ita stabilivit, ut, quod in dubium vocari possit, nihil in ea reliquum sit. Haec igitur sunt, quae Libro I. huius Operis continentur. Libri II. ratio haec est, Cap. 1. exponitur historia Bertoldi I. ab A. 1060. ad A. 1077. Ab A. 1052. Bertoldus iste in monumentis nomine Ducis insignitur, nulla tamen adhuc ullius provinciae mentione facta. Henricus III. Imp. spem ei fecerat regendi Ducatus Sueviae; quam tamen, cum Imperator A. 1056. diem obiisset,

obiisset, neglectis mariti defuncti promissis, fefellit Agnes, Henrico IV. filio impuberi tutrix constituta. Quam ut repararet iniuriam, Bertoldo A. 1057. concessit Ducatum Carinthiae, cui deinceps Henricus IV. Marchiam Veronae addidit. Utramque vero regionem non XIII. annis amplius tenuit, propterea, ut videtur, inde depulsus, quod cum Rudolpho Sueviae Duce bello se coniunxerat contra Henricum. Nihilominus tamen Ducis titulum retinuit, iniuriam sibi factam, si quando posset, ulturus. Verum fortuna utebatur adeo adversa, ut et Comitatum Provinciale Brisgoviae, quem huc usque tenuerat, amitteret. Ita Bertoldus Ducatu non solum Carinthiae et Marchionatu Veronae, sed et Brisgoviae Comitatu privatus, A. 1077. decessit. Liceat huc transferre, quae de Bertoldi ingenio et moribus Auctor tradidit. Morte eius, inquit, Germania principem magnae auctoritatis amisit, qui, amisso quoque Carinthiae Ducatu, Primores inter ubique comparuit, formidabilis Caesari. In magna constitutus fortuna, dignus sane fuit maiore, quam tamen semper adversam expertus est. Enimvero inter arduas illas Imperii et Sacerdotii lites, quid speraret Bertoldus, vir pacificus, nec infensus aulae Rom. quam detestatus est Caesar, bonam causam male defendens, et inter corruptos aulicos ac assentatores munera ac dignitates partitus, quas indignis frequentius, quam dignis contulerat. Sub finem huius Cap. adiuncta est brevis, de Bertoldi I. uxoribus et liberis, disputatio. Cap. 2. excutitur historia Bertoldi II. ab A. 1077. ad A. 1111. qui filiorum Bertoldi I. natu maximus, patri in titulo Ducis, et in Landgravii Brisgoviensis dignitate, successit. Is sequentibus temporibus delatum sibi a Proceribus Sueviae Ducatum, Friderico Staufensi, transactione facta, cessit. Refutat hoc loco Auctor Ottonem Frisingensem, qui in iis, quae de Ducatu Sueviae memoriae prodidit, Bertoldum istum cum filio Rudolphi, tempore Henrici IV. imperium affectante, male confudit. Hinc sequuntur res gestae Bertoldi II. Is A. 1084. assumto Guelpho

phone Bavaro, et Burcardo Nellenburgensi, cum copiis Constantiam profectus, Othonem Episc. inde depulit, Gebhardumque fratrem, qui Hirsburgiae monachum agebat, Episcopum instituit. Instituitis porro monasteriis quibusdam aliis, ex itinere Romano, quo Henricum V. Imp. comitatus fuerat, redux, A. 1111. vitam finiit. Adiecit tandem Auctor characterem, quem vulgo dicunt, Bertoldi II. ex Ottonis Frisingensi desumptum, et uxoris eius atque liberorum commemorationem. Cap. 3. legitur historia Bertoldi III. quae ab A. 1111. ad A. 1122. procedit. Bertoldus iste primus est, titulo Ducis Zaringiae ornatus, id quod Auctor ex Chartis publicis demonstravit. Pacto, quod de investituris cum Papa Paschali II. Imperator Henricus V. iniverat, conficiendo, conciliatorem se praebuit hic Bertoldus, et A. 1122. Calixtinae etiam Chartae transactionis cum Henrico V. subscripsit. In Brigovia civitatem Friburgum aedificavit, solemnique mercatu instruxit. Biennio fere post conditam urbem, Hugoni Comiti Dagsburgensium, adversus subditos rebelles auxilio profectus, interiit. Huic, cum ex uxore Sophia Guelfica prolem masculam non suscepisset, successum est a Conrado, cuius ab A. 1122. ad 1152. historia Cap. 4. traditur. Conrado A. 1125. Rustenus, Blasianus Abbas, Advocatiam monasterii sui tradidit, quae deinceps in Zaringica domo ad extinctos usque Duces permansit. Pari fortuna A. 1126. mortuo Guilielmo III. Burgundiae Comite impetravit et hunc Comitatum a Lothario Imp. frustra se Raynaldo, Guilielmi defuncti patruo, opponente. In reliquis eius, quae ab Auctore describuntur, rebus gestis, memorabile est illud, quod, cum tanta apud Lotharium gratia valuisset, Conradi III. Imp. qui Lothario successit, etiam arma in se concitavit. Bellum tamen perbreve fuit. Postrema Capitis parte de morte, uxore, et liberis Conradi agitur. Potentia Gentis Zaringicae ad summum fastigium sub Conrado evecta, postea magnitudinis suae partem sub eius filio Bertoldo IV. amisit. Quod quomodo acciderit, Cap. 5. illustratur.

stratur, in quo omnino historia Bertoldi IV. ab A. 1152. ad 1186. pertractatur. Fridericus I. Imp. malis usus artibus, A. 1156. Regnum Burgundicum Bertoldo subtraxit, concessis ei, Burgundiae loco, tribus civitatibus, Laufanna, Geneva, atque Sedano; propter quas tamen ipsas non paucae illi commotae sunt lites, Episcopis, se non nisi Caesarem agnituros Principem, uno ore profitentibus. In Italiam Bertoldus bis secutus est Fridericum I. Imp. primum A. 1157. tempore belli Mediolanensis, et iterum 1167. Alia quaedam Bertoldi IV. acta, mortem, uxorem, liberos, commemorat Auctor sub finem capituli, ubi et reperitur elogium eius, quod extat apud Guntherum, qui eum vocat

*Virum magnis spectatum saepe periculis
Allobrogumque Ducem, cuius sub iure fatigat
Lenis Arar placidas, Rhodano quas commodat, undas.*

Cap. 6. enarratur historia Bertoldi V. ab A. 1186. ad 1218. Hic, ut Bugdorfium inter atque Friburgum, quam urbem pater eius condiderat, constitueret nexum, in peninsulae colle, quem circumfluens Arola, murus, fossa, et propugnacula defenderent, Bernam construxit A. 1191. Aliquot annis post, Coloniensis et Trevirensis Praesules, una cum Henrico Palatino Rheni, eum et in Imperatorem eligere constituerant, quam tamen ipse dignitatem detrectavit, electum ab Imperii quibusdam Principibus Philippum Suevum adiuturus. Expositis dehinc variis eius rebus gestis, mentionem facit Auctor contentionum, quas postremis vitae suae annis Bertoldus cum Aula Rom. habuit. Obiit A. 1218. Friburgi Brisgoviae, qua in urbe statua lapidea ei posita est, quam Auctor non descripsit tantum, sed et sculptam libro suo inferendam curavit. Quod ad uxores Bertoldi et liberos attinet, de iis mira inter recentiores est dissensio, cui componendae Auctor noster operam dedit, et data hinc occasione, Wattevillianam Ducum Zaringicorum seriem, accuratius examinatum, confutavit. Cap. 7. repetuntur primum

mum res gestae Ducum Zaringicorum memorabiliores, ex quibus deinde potentia eorum, et iura, illustrantur et confirmantur. Porro splendor gentis et nobilitas, ex tributis ei in monumentis cognominibus explicantur; qualia sunt: *Præcellus nobilitatis vir, egregius nobilitatis vir, unus ex nobilissimis regni optimatibus.* Denique de amplis illorum possessionibus, et præcipue de Reſtoratu Burgundiae, quem tenebant, sermo instituitur. Reſtoratus iste, ab initio Transiuranum Burgundicum regnum omne et Arelatense complexus, post transactionem cum Friderico I. Imp. A. 1156. initam, non nisi ad Burgundiam Transiuranam, seu Helvetiam solam, pertinuit. Fuit haec Zaringicorum in Burgundiam potestas non propria, sed administrativa; quare et Vicarii tantum Caesaris habebantur; quo nomine Bertoldus IV. a Friderico I. in Aurea Bulla expressis verbis appellatus est. Ultima capituli pars sistit Ducum Zaringicorum, tum Ministeriales et Clientes, tum Titulos. Hi sunt, ut dicantur: *Dux, Zaringiae Dux, Advocatus Turicensis, Reſtor Burgundiae, Dux et Reſtor Burgundiae* coniunctim, et improprie *Dux Burgundiae*, eadem ratione, qua et regnum Burgundiae interdum Ducatus nomine venit. Cap. 8. describitur divisio Zaringicorum bonorum triplex. Prima, mortuo Bertoldo I. facta est, filium eius Bertoldum II. inter et nepotem Hermannum II. In altera Adelberto, fratri Bertoldi IV. terrae Teccenses, quae pro usu illorum temporum Ducatus nomen induerant, sunt adiudicatae. Tertia denique A. 1218. evenit, gente Zaringica extincta. Quo tempore, ut ad Bertoldi V. Sorores, Agnetem et Annam, Allodia omnia, ita ex Feudis ad Domum Badensem Landgraviatus Brisgoviae, transit. Egeno, maritus Agnetis, terras Suevicas cum Friburgo, Brisgoviae civitate, nactus, postea nomen dedit genti ab urbe ista petito. Annae maritus, Ulricus, Comes Kiburgi, omnia accepit Helvetiae bona allodialia, quae Conradus Zaringus, eiusdemque posteris, ab A. 1127. ad 1218. acquisiverant. Hinc Auctor copiam sibi factam ratus,

Cap. 9. de Ducibus Teccensibus, et Cap. 10. de Comitibus Friburgensibus, multa erudite disputat. Progredimur iam ad Lib. III. quo prima historiae Badensis Periodus, *Hermanniana* dicta, continetur. Cap. 1. exponitur historia Hermanni I. ab A. 1052. ad A. 1074. Illustratis familiarum Badensis atque Zaringicae coniunctionibus, Hermanni vitae ratio traditur, qui amplexus vitam monasticam, occasionem dedit Auctori, multa de more istorum temporum praeclare monendi, qui ita ferebat, ut, relictis regnis, principes sapissime ad monasteria se conferrent. Pius iste Princeps, qui absque dubio conditor Domus Zaringo-Badensis censendus est, Scriptoribus illorum temporum simpliciter appellatur Marchio, sensu non eo, ac si Marchionatum aliquem ipse tenuerit, sed quod Bertoldi, Ducis Carinthiae et Marchionis Veronae filius natu secundus fuerat. Ad finem huius Capituli pluribus declarat Auctor, quae et qualis fuerit Iuditha Hermanni I. uxor, et qui liberi. Hermannus successum est a filio Hermanno II. cuius ab A. 1074. ad A. 1130. historia legitur Cap. 2. In aliis, quae de eo traduntur, imprimis notari meretur illud, quod ipso regnante, prima Marchionis Badensis mentio fit. Qua Auctor usus occasione oblata, de variis Badae antiquissimis temporibus satis differit. Cap. 3. agitur de Hermanno III. qui ab A. 1130. ad 1160. quo ad regnavit, primus inter Zaringo-Hermannidas bellica effloruit gloria, sub Conrado III. et Friderico I. Imp. in Germania, Italia, et Terra Sancta bellantibus, strenuus miles. A. 1154. Caesar in Italiam profectus, Veronae praefecturam Hermanno commisisse videtur, unde postea titulus Marchionis Veronensis in familia eius invaluit. Exstat praeterea monumentum Italicum, in quo Hermannus noster, non solum Marchio Veronensis, sed et Dux de Carentano appellatur. Obiit A. 1160. filio Hermanno IV. ex Bertha uxore suscepto, superflite, qui patris non modo regni, sed virtutis etiam haeres, Friderico I. in expeditione orientali praeclaram navavit operam. Eius historia, quae Cap. 4. continetur,

tur, ab A. 1160. ad A. 1190. pertinet, quo anno in Oriente, adversus nominis Christiani hostes pugnans, interiit. Marchio Veronensis et ipse fuit. Filios reliquit Hermannum V. Henricum I. et Fridericum, quorum duo natu maiores, pro more tum in Germania recepto, haereditatem paternam inter se partiti, conditores, alter Badensis, alter Hachbergicae stirpis extiterunt. Cap. 5. persequitur A. Serrii Badensis historiam, quae complectitur res gestas Hermannii V. ab A. 1190. ad 1241. Interemto Hermannio IV. Marchia Veronensis a Badensi Domo videtur ablata esse, etsi in successorum eius Actis, subscriptionibus, et Sigillis, non omnino exulat. Fridericus, Hermannii V. frater, regni, ut e monumentis docetur, particeps, obiit in Palaestina, omnibus bonis suis allodialibus Ordini Teutonico Ulmae legatis. Memorabilia Hermannii V. haec fere sunt: quod ius suum in haereditatem Dag-burgicam omne cessit Bertoldo, Argentinenfi Episcopo; Brunsvicum urbem, eiusque tractum, Friderico II. Imp. vendidit, eundemque contra filium Henricum VII, quantum potuit, defendit. Ad finem Capituli mores Hermannii, et posteritas, commemorantur. Sub Hermannio VI. cuius historia ab A. 1243. ad 1250. exponitur Cap. 6. opes Badensium huc usque mediocres magnam habiturae videbantur accessionem, nisi violenta huius Principis, Neapoli occisi, morte, spes omnis haec denuo intercidisset. Iunxit sibi matrimonio Hermannus iste Gertrudem, Henrici Ducis Austriae filiam, qua coniunctione non multum abfuit, quin Ducatus Austriae ad Domum Badensem perveniret. Friderico enim, Austriae Duce, A. 1246. improli defuncto, regnum vi successionis devenit ad Gertrudem, uxorem Hermannii Badensis, qui suscepto A. 1249. ex ea filio tutor constitutus, Austriam, quoad vixit, administravit. Post obitum eius, qui 1250. evenit, Gertrud et Margaretha, Friderici Victoriosi, ultimi Ducis soror, Austriae regimen coniunctim susceperunt. Cuius tamen regni muliebris paullo post pertaesi Proceres Austriae, lega-

tos mittunt ad Henricum Illustrem, Misniae Marchionem, de eligendo ex filiis eius Duce. Qua re cognita, Wenceslaus III. Bohemiae Rex Legatos hos, per fines regni sui tendentes, Pragam invitavit, filium suum Ottocarum iis Ducem ea lege propositurus, ut Margaretha vidua coniux ei daretur. Quo facto, Gertrud, et cum ea simul Domus Badensis, Austriae Ducatum prorsus amisit, quippe quem postea Ottocarus, Patri Wenceslao succedens, cum Regno Bohemiae coniunxit. Gertrude matre filius Fridericus infelicio, non solum regno cum ea expulsus, in Misnia apud amitam Constantiam exulavit, sed post etiam, inita cum Conradino amicitia, una cum eo in expeditione Italica misere periit, supplicio, uti constat, affectus Neapoli A. 1268. Et tum Hohenstaufica universa Domus uti cum Conradino concidit, ita cum Friderico senior Domus Badensis interiit Linea. Sequitur Periodus II. sive *Hachbergica*, in qua illustratur Marchionum Bada-Hachbergicorum historia. Cap. I. enarrantur res Marchionum Hachbergicorum, ante illorum in duas Lineas divisionem, gestae. Originem familiae Hachbergicae Auctor petendam censet ab Henrico I. qui circa annum 1190-1231. vixit. Allodialis uterque Marchionatus fuit, Badensis et Hachbergensis, donec ille Sec. XIV. hic Sec. XV, libera Marchionum oblatione, Feuda Imperii fierent. Explicata Henrici I. historia, Auctor progreditur ad Henricum II. Mortuus is A. 1290. duos reliquit filios, Henricum et Rudolphum, quorum quum uterque Patri in regno succederet, inde rursus aliae duae ortae sunt Lineae, altera Hachbergo-Hachbergica, ab Henrico III. altera Hachbergo-Sausenbergica, a Rudolpho fundata. Prior illa, quae nomen habet a Castro Hachbergo, A. 1418. cum Ottone II. qui terras suas A. 1415. Bernardo, Marchioni Badensi, vendiderat, cessavit. Altera, a Castro Sausenbergica dicta, eadem ratione desit Anno 1503. translata a Philippo terris ad Christophorum, Marchionem Badensem. Cap. 2. Auctor exponit Marchionum Hachbergo-Hach-

Hachbergicorum historiam, quorum, uti diximus, Henricus III. auctor extitit. Huic A. 1330. mortuo successit filius Henricus IV. quem denuo filiorum natu maximus excepit Otto I. in praelio Sempacensi, pro Leopoldo Austriae Duce dimicans, cum ingenti Nobilium numero interventus. Filios Otto aut habuit nullos, aut, si habuit, ante patrem eos obiisse necesse est, cum duo ei fratres in Marchionatu successerint, primum Iohannes, dein Hesso. Huius Otto II. filius, unicus omnium Hachbergicarum possessionum haeres factus, cum A. 1418. caelebs decederet, terrae eius omnes ad Marchiones Hachbergo-Sausenbergicos redierunt. De Marchionibus Hachbergicis Auctoris iudicium suis ipsius verbis adscribimus. Ducentos, inquit, per annos, non nisi quinque generationibus propagati, terrarum divisionibus inter se debiles semper atque inglorii. Cap. 3. transit Auctor ad historiam Marchionum Hachbergo-Sausenbergicorum, Hachbergensi, tum fortuna, tum rebus gestis, multo superiorem. Incipit vero ab A. 1300. quo Henrici II. Hachbergici Marchionis filius natu minor, Rudolphus, facta divisione, fortitus est Castrum Sausenbergae, unde deinceps Læna Sausenbergica appellari coepta est. Ad hanc paternae hereditatis partem Rudolphus paullo post addidit Dynastiam Roetelanam, Walthero, Roetelano Dynasta, cuius ex gente credibile est uxorem Rudolphi fuisse, A. 1311. mortuo. Decedens reliquit filios tres, Henricum, Rudolphum, et Ottonem, qui paternae maternaeque hereditates ita sunt inter se partiti, ut in Marchionatu succederet Henricus, quem tamen quatuor non amplius annis tenuit, fatis A. 1318. improlis functus. Quare reliqui duo fratres, Rudolphus II. et Otto defuncti fratris Marchionatum nacti, ab A. 1326. ad A. 1384. coniunctim eum administrarunt. Anno post moritur Rudolphus, relicto Rudolpho III. filio adhuc impubere, cuius per tres fere annos Otto tutor, tandem et ipse sine prole extinctus est. Quo facto Rudolphus III. totius Sausenbergicae ac Roetelanae ditionis solus possessor extitit.

Eius historia ab A. 1388. ad A. 1428. usque pertingit. Impetravit A. 1397. a Wenceslao, Romanorum Rege, privilegium, quod ex sententia Auctoris ita se habuit: Ut ipse coram Imperatore eiusque iudiciis aulicis tantum; eius autem Ministeriales, Officiales, et subditi, coram ipso Marchione solo, in iure se sistere tenerentur. Idem privilegium Fridericus III. Imp. A. 1452. Romae de novo confirmavit. In reliquis Rudolphi præclare factis censeferi meretur etiam hoc, quod, cum Basiliensis civitas novum sibi magistratum, sub nomine Ammeister, in scio Episcopo creasset, huiusque ea de re querela ad Concilium Constant. fuisset delata, Rudolphus, litis arbiter factus, rem eo perduxit, ut novus ille Basiliensium magistratus aboleretur. Rudolpho III. successit filius Wilhelmus, qui tamen tradita, ob aeris alieni gravitatem, A. 1441. filiis, Rudolpho et Hugoni, sive potius eorum tutori, Ioanni, Comiti Friburgensi, terrarum suarum administratione, ipse ab eo tempore in Aula Caesarea ut plurimum commoratus est, negotiis tam bellicis, quam civilibus curandis, adhibitus. Wilhelmi natu maior filius, Rudolphus IV. legitimam cum attigisset aetatem, tradita a tutore sibi terras administravit, una cum fratre Hugone, qui tamen paullo post caelebs e vita migravit. Auctae dehinc non mediocriter sunt eius terrae, accessione Comitatus Neoburgici, quem A. 1457. Ioannes, Comes Friburgensis, moriens testamento ei legavit. Lites enim de hoc Comitatu Rudolpho ab initio motae, partim lata Friderici III. Imp. sententia, partim Helvetiorum in eum benevolentia et praesidio, facile sunt compositae. Obiit A. 1487. De animi eius indole ita tradit Auctor: Tranquilli fuit animi Princeps, non, ut pater, bellator, nec ceteris ei dotibus par, nisi quod eum superavit parsimonia, superavit felicitate, opibus atque divitiis. Tanta fuit eius fortuna, ut duas Dynastias non mediocres, Badevillanam et Novo Castrensem Helveticam, intra XIII. annos, sine armis, sine bello, quin et absque labore, testamentis acquireret. Ultima Capitis huius pars con-

continet Philippi ab A. 1487. ad A. 1503. historiam, in qua notatu inprimis dignum est pactum Philippi cum Christophoro Marchione Badensi initum, cuius ratio haec fuit, ut alterius Badensium familiarum extinctis haeredibus masculis, bona eius omnia, sive propria, sive feudalia, cederent alteri. Quo constituto decessit A. 1503. Philippus, familiae Hachbergo Saufenbergicae ultimus. Appendicis loco primae huic Historiae Badensis Partis Auctor Landgraviatus Brisgoviensis, nec non Roetelanae et Usenbergicae Dynastiarum fata, adiunxit. Brisgoviae historia quatuor distinguitur Periodis; quarum prima, *Epocha vaga* ab Auctore dicta, continet Brisgoviensium Sec. VIII. Comitum nomina et fata; altera, *Zaringica*, illustrat historiam Landgraviatus Brisgovici sub Ducibus Zaringicis; tertia est *Hachbergica*, a Marchionibus Hachbergicis ita dicta, qui, extincta gente Zaringica, Brisgoviae Landgraviatum tenuere; quarta denique incipit a Friderico I. Comite Friburgensi, unde et *Epocha Saufenberga-Friburgensis* nuncupatur. Quod ad Roetelanam attinet Dynastiam, haec Sec. XI. suos iam habuit dominos, quorum tamen gentem scriptores memoriae non prodiderunt. A. 1315. transit, sub nomine Allodii Franci, ad Marchiones Saufenbergae. Eadem ratione et Dynastia Usenbergica suos ab initio dominos habuit, a quibus A. 1400. ad Hessonem Marchionem Hachbergicum, partim emtionis, partim testamenti lege, pervenit.

Haec igitur est Summa Partis huius I. nulla eruditionis, diligentiae, et subtilitatis laude non dignissimae; cuius reliquas partes eadem, qua hanc, ratione, impofterum percensere labor erit iucundissimus, immo nullus erit. — Fere obliti sumus laudare chartae et typorum elegantiam, quae hoc Opere talis omnino est, ut fateamur, nos a longo inde tempore nil simile vidiſſe.

IACOBI PHILIPPI D'ORVILLE, SICULA, QUibus Siciliae veteris rudera, additis antiquitatum tabulis, illustrantur. Edidit, et Commentarium ad Numismata Sicula, XX. tabulis aeneis incisa, et ad tres inscriptiones maiores, Geloam, Tauromenitanam, et Rheginam; nec non minorum inscriptionum Syllogen, orationem in Auctoris obitum, et praefationem adiecit PETRUS BURMANNUS secundus. PARS PRIMA.

Amstelædami ap. Gerardum Tielenburg, MDCCLXIV.
276. pagg. in fol. exceptis dedicatione, praefatione, indice, aliisque.

Quotquot non ignorant, et quis est doctorum hominum qui ignoret, quantopere de litteris humanioribus meritis sit *d' Orvillius* V. Cl. quantoque assensu, quanta approbatione et laude excepta sint quae ille scripsit, gaudebunt nobiscum, fruunturque hoc eius opere posthumo, quod, haud plane perfectum ab eo relictum, in manus Cl. B. venit, qui, ut dignum auctore olim suo istud ederet, quo est in bonas litteras studio, curavit. Sunt sane *Sicula* haec digna, quae ab omnibus legantur; cum ob monumenta antiqua in iis indicata, descripta, illustrata, tum ob multa Scriptorum veterum loca, quae passim videbis emendata atque explicata; modo ob enarratorum iucunditatem, elegantiam, utilitatemque, modo ob additas, aptasque iis, quae traduntur, illustrandis tabulas, tam historiae artium, quam litteraturae causa. Quum autem videamus, hoc opus splendidum, (nam et charta nitida, et typi luculenti, ei respondent) ob pretii magnitudinem a paucis emi posse, mini-

minime ab iis, quibus tamen inprimis eius usum optarem: necesse esse credimus, ut paullo uberius de eo libroribus nostris exponamus, ea inprimis indicaturi, quae ad auctorum veterum explicationem faciunt. Editor opus ipsum Ferdinando IV. utriusque Siciliae regi dedicavit, praefationemque praemisit, quae XL. paginis absolvitur, multaque memoratu digna continet, e quibus aliqua seligimus. In iis, qui Siciliae descriptionem dedere, inprimis magni habentur Thomas Fazellus, et Philippus Cluverius; prior ipse Siculus, posterior ultramontanus, laudatus a Borcharto, vituperatus ab Iacobo Bonanno, aequae posteritatis laudes semper nactus. Etenim Iacobus Sponius, quamvis spem fecerat (in miscell. erud. antiq. p. 176.) edendae Siciliae veteris et novae, tamen in Siciliam numquam profectus, arbitrante Cl. B. id praestare non potuisset, quod d'Orvillius praestitisse creditur; qui magna cum diligentia hanc insulam peragravit, eiusque monumenta ipse vidit, minimeque aliorum, ut ille, narrationibus nixus est. Peractis enim, quae in Angliam, Galliam, et Italiam fecerat, itineribus, magno desiderio tenebatur Siciliae videndae, quam et anno huius Seculi XXVII. ingressus est. Quam ex itinere hoc ceperit utilitatem d'Orvillius, cumque aliis, adiuvante Burmanno, nunc communicaverit, opus ipsum testatur: observasse hic sufficit, Charitonis Editorem clarissimum, in Sicilia versatum, omnium monumentorum diligentem fuisse scrutatorem, moremque Addisonii, comparandi ea cum locis veterum scriptorum, (quem et Winkelmannus noster sequitur.) esse imitatum, quaeque praeter ceteris ei placerent in schedas contulisse. Ex quo thesauro facile ei depromere licuit, molienti Siculorum editionem; duo enim priora folia iam typis describenda ante obitum curaverat auctor. Reliqua dein ab eius filio, Ioanne d'Orville, commorante nunc in Anglia, tradita sunt Burmanno V. C. qui, ea ut ederet, ab illo petierat. Hic istis in lucem profertendis magnam dedit operam: nimirum omnia in ordinem digessit,

gessit, singulis capitibus synopsis praefixit, contulitque veterum auctorum loca. Nec diffitemur, magnas editori habendas esse gratias, qui, ut desideris virorum eruditorum satisfaceret nulli studio pepercit. Quorum interest accuratam tenere Scriptorum antiquitates Siculas illustrantium notitiam, horum voto lecta pagina VII, satisfaciet, in qua duo huius generis auctores, ab aliis neglecti, commemorantur. D' Orvillius reliquit XXIX. tabulas aeri incisas, (non, ut Gorius narrat, XX.) quibus Cl. Editor IV. addidit, inter schedas Auctoris repertas. Delineavit antiquitates, praesente auctore, iuvenis Siculus, Franciscus Nicolletti. Et meliores quidem hae tabulae habentur iis, quae ex parte etiam in Pancrati antiquitatibus Siciliae etc. italico sermone scriptis, inveniuntur; de quibus pauca differit Burmannus. Neque vero cum nostri Siculis comparanda est, quam Io. Brevalius, Eques Britannus, MDCCXXXVIII. dedit de Sicilia, narratio; licet forte aliqui nimis eam aestiment. Etenim Brevalius omnino postponendus est d' Orvillio, sive eruditionem spectes, sive accurate agendi morem; quod et Burmannus aliquot exemplis probat, qui multus est in recensendis d' Orvillii meritis laudibus. Maffei Nemaufense Amphitheatrum Veronensi postponit, in litteris ad B. scriptis; d' Orvillius autem anteponit, e cuius parte stat etiam Montefalconius, ut Cl. Editor ostendit. D' Orvillius inter antiquitatum Sicularum delineationes reliquerat etiam ichnographiam *Sepulcri Virgiliani*, quam in opere ipso ab eo omissam, neque commemoratam, aeri incidendam duxit Burmannus. (Fortasse ideo sepulcri huius mentionem non fecerat, quoniam ab aliis istam rem satis tractatam esse videret.) Iam Cl. Editor in enarrandis iis, quae ad alteram d' Orvilliani operis partem observavit, atque adiecit, inde a pag. XXVII. versatur. Complectitur enim ista pars primo loco CCXL. numismata Sicula, XX. tabulis aeneis incisa, ita, ut in singulis XII. expressa sint numismata, quae partim aliter, vel vitiose, in Paruta Sicilia numismatica prostant, partim vero inedita fuerent.

Com-

Commentarium autem ad hæc numismata Sicula quo minus perficeret celeberrimus Vir, d' Orvillius, morte impeditus est. Nec illotis manibus, ut aiunt, ad illum persequendum accessit Cl. Burmannus. Nam ab aliquot annis rei nummariae indefessam dedit operam, instruxitque, ut ait, satis numerosum numismatum graecorum et latinorum museum; quod eius studium hoc magis facimus, quo certius est, nostro tempore rem nummariam non satis pro dignitate coli. Quis non optet, ut Cl. Burmannus rariora illa numismata graeca, de quibus loquitur, in lucem proferat, atque illustret? Qui ante nostrum editorem colligendis numismatibus Siculis tempus operamque contrivere, ut Hubertus Golzius, Philippus Paruta, (cuius proh dolor commentarius ubi sit ignoratur,) Philippus Chuverius, Ez. Spanhemius, Sig. Haverkampius, et inprimis Iosephus Maria Pancratius, et Dennery, explicandorum eorum, (si posteriorem utrumque excipias,) aut plane nullam, aut valde exiguam habuere rationem. Pancratius igitur, (quem et Antonius Bayardus, in Prodomo ad Antiquitates Herculaneenses dignis laudibus ornat,) Dennerique scriptis, usus est Cl. B. in Addendis, inde a pag. 604. Laudamus igitur merito dignum ingenua mente ardorem, quae ab aliis praeclare dicta sunt in usum convertendi, laudemque, quam merentur, iis vindicandi, non supprimendi. Nemo tamen negabit, et Burmanni laudem boni interpretis numismatum in hoc ipso opere occurrentium deberi. Sed etiam in iis, quae in altera Parte loco secundo tractantur, Inscriptionibus, quarum titulus mentionem facit, adornandis explicandisque optime versatus est. Haec de praefatione dixisse sufficiat. Accedimus ad Opus ipsum, cui post praefationem praemittitur Elegia in I. P. d' Orville Sicula, auctore P. Burmanno secundo; Iani Grotii poema ad P. Burmannum sec. I. P. d' Orville Sicula, una cum commentario suo ad Numismata Sicula edentem; denique index additarum Operi tabularum.

Opus

Opus ipsum XVI. absolvitur capitibus, quae singula perlustrabimus. E latere paginae primae conspicitur imago Cl. auctoris affabre aeri incisa, vultu humanitatem ingeniique acumen spirante. In ipso primo capite multa iam insunt memoratu digna, quae videbimus. Nuceriae (Nocera) inque civitate Cavensi per breve tempus commorati sunt d' Orvillius comitesque, occasione vel otio lustrandi codices Mscr. ibi servatos haud potiti. Mare, iam ad Palinuri promontorium, a Sicilia nomen sortitur; omne enim mare, quod quavis ex parte in Siciliam protenditur, sic vocatur: ita Strabo (l. VI. p. 395. B.) Alpheum flumen dicit *ἐπίπτειν ἐπὶ τὴν Σικελικὴν θάλασσαν*, quam particulam vertere omisit interpres. Urbem Terinam, unde ingens sinus Terinaeus, iam Golphus Stae Euphemiae, nomen accepit, opulentam fuisse, crebri numi argentei et aerei testantur. In Hesychio legimus: *Στρογγύλη, συνεστραμμένη καὶ Λιπαρὰ νῆσος*; quod posterius Wesselingus (ad Antonini Itinerarium p. 516.) *Λιπαρὰς νῆσος* legit: d' Orvillius vero *καὶ κατὰ Λιπαρὰν νῆσος*, e regione, non procul a Lipara. A sinistra maris Tyrrheni rupes Scyllae observata est, et promontorium Siciliae Pelorus procul conspectum, de quo Silius (lib. XIV. 78.) Celsus arenafa tollit se mole Pelorus. Interiora urbis Messanae non respondent exteriori eius nitore; nec tamen caret templis quibusdam et monasteriis satis conspicuis. In domo Principis Calvarossae duas statuas viderunt peregrinatores, quarum unam Scipionis Africani, alteram Hannibalis perhibebant esse; utraque vero olim posita fuit in templo primario eodem loco, ubi codd. mscr. Constantini Lascaris erant adservati. In has membranas inquisiverunt nostri, suntque experti, hanc bibliothecam, teste Mongitore, (Delineat. Sicil. p. 26.) esse passim expilatam, et tandem a Siciliae moderatoribus directam evanuisse. Extra urbem est coenobium d. Salvatoris, quod Monachi graeci, Basiliani dicti, incolunt: multos illi hodie, at olim plures, possidebant libros *graecos* calamo exaratos. Ex Scriptoribus non ecclesiasticis hos quinque inve-

invenerunt: 1) Chronicon Simeonis Magistri et Logothetae. 2) Lexicon quoddam graecum antiquum. 3) Nomocanones Apostolorum. 4) Compendium libri Galeni de simplicibus medicamentis etc. 5) Theophili institutiones, quarum liber primus periit. Messana traiecerunt Rhegium, positum in opposito Italiae littore; mare vero inter Messanam et Rhegium male audit ob vortices frequentes, in primis pars quaedam Charybdis nomine insignita: quare auctor Cl. cum Ph. Cluverio credit, totum hoc fretum nomine Charybdis appellandum esse, fuisseque olim appellatum; quod et aperte dicit Thucydides IV. 24. Rhegium vero est urbs mediocris, sed fertili satis et amoenissimo loco sita, ob prospectum in campos et fretum. In coenobio suburbano anaglyphum erutum iis concessum fuit. Ad magnam piscium copiam, qui certo anni tempore circa littora Rhegina in summis aquis solent ludere, facillimaque opera capi, quin Magnus Aurel. Cassiodorus l. XII. ep. 14. respexerit, nullus dubitat Cl. d'Orville, in fine capitis primi.

De Capite secundo, et reliquis Primae Partis, dicemus deinceps, ut et de Parte altera: nam est talis hic liber, ut si vel praecipua Lectoribus nostris proponere velimus, quae eo continentur, recensiones plures faciendae sint.

NOVA LITTERARIA.

LECTVRIS

S. P. D.

IOANN. LVDOV. SCHVLZE

GR. ET OO. LL. IN ACAD. FRIDERIC. P. P. O.

Quae hoc tempore bonis literis adfulget lux, spem facit
quam iucundissimam, fore, ut Eruditis non displiceat
D d d con-

consilium nostrum de adornanda nova Operum THEODORETI, Cyri quondam Episcopi, Editione graeco-latina, quam sumtibus suis typis exscribendam curabit Bibliopolium Orphanotrophi Halensis. Solent quidem plerumque, qui de paranda nova Scriptoris cuiusdam editione cogitant, omnia opera in id incumbere, ut studium suum de meliori commendent: ea autem est THEODORETI a multis inde Seculis auctoritas et praestantia, ut confidamus, vix quendam inter nos esse futurum, qui non intelligat, hoc Scriptore aegre carere posse, quotquot de Sacrarum literarum V. et N. T. sensu solliciti sunt, rerumque in ecclesia olim gestarum scientiae iustum statuunt pretium. Facile itaque a nobis impetramus, ut in laudando THEODORETO, utpote optimae frugis Scriptore, sumus brevissimi. Id potius agemus, ut Lectoribus praevie constet, quo tendant conatus nostri, quibus instructi subsidiis ad hoc negotium accesserimus, et quas nobis posuerimus leges.

Ex quo hoc consilium, quod Deus felix faustumque esse iubeat, inivimus, diu multumque meditati sumus, quam methodo disponenda sit nova, quam paramus, editio, et unde petenda sint auxilia, quibus adiuti eam satis utilem, et Lectorum commodo promovendo aptam reddere possimus. Non commisimus hucusque, ut quidquam neglexeremus, quod ad scopum nostrum pertineret. Excussimus itaque Academiae urbisque nostrae Bibliothecas, ut quaecunque in usus nostros iure vocari possent, colligeremus, collectaque rite disponeremus. Suntque inter civitatis nostrae literariae Proceres, quos amicorum nomine veneramur, haud pauci, quibus nos obstrictos publice profiteamur, animumque pro consiliis nobiscum communicatis testamur gratissimum. Nec tamen intra urbis nostrae limites contineri debuit studium nostrum. Optantes, ut liceret nobis Codicum frui praesidio, nostramque editionem novis accessionibus locupletare, auxilium Eruditorum, quibus Codicum MSS. usus permittitur, enixe implorandum esse putavi-

tavimus. Cumque inter nostrates non deessent literarum Fautores, qui honestis precibus nostris locum darent, audaciores facti sumus, et amicorum ope, Eruditos, quos Vindobona, Florentia, Augusta Vindelicorum, Bambergae, et Guelpherbytum, in sinu suo fovent, observantissime rogavimus, ut e Codicum suorum adparatu quaedam ad exornanda studia nostra conferre haud dedignarentur. Et fausto, ut aiunt, omine, impetravimus, ut ILLUSTRIS INCLYTAE CIVITATIS AVGVSTANAE PROCERES, septem antiquorum et probae notae Codicum usum nobis indulgere, eosque manibus nostris committere non dubiterent; quod insigne bene merendi studium in laetam spem nos erigit, et cum devinctissimi animi testimonio publico a nobis celebrari debuit. Alias quoque accessiones, et inter haec ~~diversa~~ quaedam, exorto nobis Vindobonae laeto fidere, propediem expectamus.

Quae cum ita sint, hoc unicum nobis superesse visum est, ut, quod hucusque non nisi Fautoribus et amicis innotuerat consilium, nunc cum Eruditis omnibus communicemus; methodum, quae prae reliquis sese nobis commendavit, describamus; omnesque, qui hisce studiis favent, observanter rogemus, ut si quid reliquum fuerit, quod vel augendae, vel ornandae huic THEODORETI editioni inservire possit, suis nos adjuvent consiliis, sicque de bono publico egregie mereantur.

Haec autem sunt, quas nobis posuimus, leges. Editionem imitabimur, quam ante hos centum et quod excurrit annos, IAC. SIRMONDVS S. I. Lutetiae Parisiorum A. MDCXLII. quatuor Tomis, forma maxima, in lucem emisit, quae et suffragia Eruditorum iure meruit. Huic praestantissimae Editioni, quae hoc tempore paucissimorum manibus teritur, nec sine ingenti pretio comparatur, accessit A. MDCLXXXIV. Tomus quintus, Opera et studio IOANNIS GARNERII, Viride hoc litterarum genere bene meriti. Iure suo GARNERIUS *Auctoris* titulum elegit, quo librum suum

suum exornaret. Multa enim hoc Volumine quinto complexus est, quae ad augendam *Sirmondianam* editionem apprime faciunt, quaeque in nova hac, quam paramus, suo loco inferenda curabimus, ne Lectoribus diutius molestum sit, quae disiecta et separata sunt colligere. Dissertationes quinque, quas GARNERIUS Auctario suo immiscuit, propaedeutici, ut inter Eruditos constat, sunt argumenti. Existimavimus itaque, nos non fini tantum, quem GARNERIUS sibi proposuerat, sed Lectorum etiam commodo consulere posse, si ab his Dissertationibus initium disponentae novae editionis fecerimus. Quo autem ordine hae Dissertationes distribuendae sint, ne quaedam molestia Lectoribus reliqua esset, aut moles huius vel illius Voluminis nimium augetur, de eo satis diu dubii haesimus, donec in hoc acquiesceremus consilio, ut nova nostra editio quinque Tomis, formae quam vulgo octavam maiorem dicunt, absolveretur. Horum autem omnium haec nobis praecipue placuit dispositio:

Volumini *primo* praemittetur e GARNERII Auctario Historia THEODORETI, *deinde* Pars prior Dissertationis secundae, quae agit de libris illis THEODORETI, quos hoc Volumen complectetur; *porro* Dissertatio de fide THEODORETI; *denique* Dissertatio de quinta Synodo. Haec demum excipient libri isti, quos SIRMONDVS Tomo editionis suae primo inseruit, inter quos locum suum illis etiam dabimus, quae GARNERIUS ad Commentarium in Psalmos, e Codicibus aliisque subsidiis, congesit.

Volumini *secundo* nostrae Editionis ea tantum pars Dissertationis secundae *Garnerianae* erit praemittenda, quae ad libros hoc Tomo ad exemplum SIRMONDI comprehendendos spectat.

Voluminis *tertii* initium faciet pars tertia Dissertationis secundae *Garnerianae*, quae de libris ad hunc Tomum pertinentibus exponit. Huic Volumini, ne quid a GARNERIO paratum neglexisse videamur, suo loco addemus *tum* breve illud

Idem Fragmentum e Catena in Lucam, tum Epistolas illas XXVII. ad calcem subiungendas.

Volumini *quarto* praemittetur ultima Dissertationis secundae *Garnerianae* pars, quae ad hanc Operum THEODORETI sectionem sese refert. Hanc sequetur Dissertatio GARNERII de THEODORETI et Orientalium causa. Haec omnia excipient libri illi quos SIRMONEVS quarto et ultimo editionis suae Tomo complexus est, ita tamen, ut suo loco *septem* THEODORETI *Sermones* e GARNERII Auctario addantur, simulque FVLVII VRSINI Emendationes in libros de curandis Graecorum affectibus adhibeantur.

Volumen *quintum* praeter GARNERII Dissertationem de Dialogis aduersus Arianos, Macedonianos, et Apollinarianos, constituent *septem* illi *Dialogi*, graece et latine a GARNERIO in lucem emissi, et EUTHERII Tyanorum Episcopi Sermones, quos GARNERIUS Auctario suo instar appendicis adiecit. His tandem accedent quaecunque nobis nova, anteaque inedita, tum e nostris, tum ex aliorum Codicibus, innotuerint. Spes etiam suboritur fore, ut ope Codicum, qui nobis ad manus sunt, et auxilio Virorum eruditorum, qui tali beneficio nos exornauerint, varia a re nostra haud aliena in fine Tomi quinti adiciantur, quae tum ad varias lectiones notatu digniores spectent, tum periculorum criticorum nomine se tueri possint. Versioni latinae, ubi opus fuerit, medelam adferemus, et quicquid in editionibus prioribus praetermissum est supplebimus: a notis autem in margine subiiciendis abstinemus, nisi forte in GARNERII causa, nonnunquam satis mala, aut alias ob rationes, paucis monendus sit Lector. Haec sunt quae Eruditorum iudicio submittimus. Absit, ut quidquam superius de nobis praedicemus. Malumus praestando, quam promittendo gratiam apud Lectores inire; haecque est votorum nostrorum summa, ut operam haud inutilem in refingendo THEODORETO collocasse videamur. Deum T. O. M. precamur, ut hisce laboribus clementissime annuat, omnesque conatus nostros

in summi nominis sui gloriam, et proximi commodum cedere iubeat feliciter.

Prodūt Lutetiae Parisiorum *Histoire des Rois Catholiques Ferdinand et Isabelle*, cuius mentionem facere nos hoc loco, e re Lectorum nostrorum existimavimus. *Ferdinando Catholico*, in omnibus aetatis suae regibus non facile alius erit, cuius historia magis cognosci, diligentiusque excuti mereatur ab iis, qui artis politicae et occultas causas, et in rebus peragendis vim, perspicere cupiant. In describenda eius historia Auctor viam secutus est faciliorem illam, qua, neglectis fontibus, ex quibus hauriuntur, res ad ordinem annorum, quibus quaeque gesta est, enumerantur. Quod tamen Scriptori Francico facile condonamus. *Prima* huius operis *Pars* tribus libris distinguitur. Primo continetur Introductio ad totum opus, in qua proponitur observatio pia illa quidem, et vera, sed adeo vulgaris et trita, ut denuo illam apponere haud dubie piguisset, nisi Auctor, de initio historiae suae sollicitus, loco aliquo communi opus haberet, qui idoneum ad Ferdinandum et Isabellam praeberet transitum. Deum enim (hic est locus, quem tractat) Reges ad utilitatem hominum constituisse, quis, quaeso, est, qui rationibus demonstrari hodie cupiat, aut demonstratum legere, cum res sit notissima. Ab introductione ista, praemittitur historia Hispaniae antiquior usque ad Ferdinandum et Isabellam, adeo brevis, ut, ne originem qualicumque Compendio debeat, merito vereamur. Sequitur tum ipsius Ferdinandi historia, cuius vero nos res gestas, uti traduntur, non est cur hoc loco repetamus omnes. Satis erit earum praecipuas annotasse. Multus est Auctor in explicandis iis, quae ad Bertrandum, Iohannae Reginae Castilianaes tantopere amatum, spectant; cum tamen rem, ut vulgo notam, attingere, quam integris paginis describere, satius erat. Pag. 17. sunt disquisitiones et meditationes Auctoris de regno Arragonensi. Vitiis, inquit, ut in aula Castiliana, ita in Arragonensi, palam indulgebatur. Quae, ut aliae huius generis de Arragonia et

*Casti-

Castilianarrationes, tam mire, tamque obscure, universo huius historiae systemati immixtae sunt, ut, nisi accuratissimam habeas rerum notitiam, ex tantis tenebris lucem aliquam aegre sis eliciturus. De dissidiis Arragonensibus, quae multis verbis hic traduntur, tacebimus. Pag. 75. multa Auctor queritur de Iohannae reginae puerperio, quae altero anno, postquam a Coniuge discesserat, filium enixa est. Quem eventum totum terrarum orbem male habuisse, prout Auctor existimat, non facile erit cui persuadeatur. Quod ad causas attinet, quibus Isabella mota, ex reliquis Principibus omnibus maxime Coniugem sibi elegerit Ferdinandum, praeter iam notas, apud Auctorem invenimus nullas; conventionem vero Coniugum primam, multis, uti solet, descriptam. Hinc sequuntur eventa communia, praesertim quae spectant ad bella adversus Mauros in Hispania gesta, quae sane in universa Hispaniae historia, non vero in singulari Ferdinandi, locum habere debebant. Profecto enim res, quae Biographiam constituunt, longe diversae sunt ab iis, quae historiam universam; ex quo fit, ut scriptorum historicorum illud genus sit longe difficillimum, adeoque non, nisi multa virium suarum exploratione habita, aggrediendum.

Secundae Partis eadem fere est ratio, quae prioris. Auctor saepissime viae, qua Biographo incedendum erat, oblitus, incidit in universam Europae ab A. 1494. ad 1516. historiam, quam hoc loco indicare animus non est, praesertim quum de modo narrandi Auctoris, qualis sit, in superioribus dixerimus. Lenius sane ferremus de hoc libro iudicium, nec locum plane Auctori inter Biographos negaremus, modo coniunctionem, quam habuerunt Ferdinandus et Isabella cum publico universae Europae statu, demonstrasset. Sed et de hoc altum apud eum silentium. Igitur si proprios historiae lepores, venustatem, bonam tradendi rationem, si non anxie quaesitas, sed vi ingenii repente ortas meditationes, si denique concinnam, ingenuam, et commendationem veri praeseferentem orationem hoc in libro quaeras, frustra fueris.

Nihil

Nihil enim eiusmodi inest. Ingenium Historici exploraturus imprimis attendere debet descriptionibus personarum principum. In iis enim conficiendis vis ingenii potissimum se exferere potest, modo scriptor eam recte temperare et coercere sciat, ne, dum ingenio nimis indulget, obliviscatur veri, in quo historici summa virtus cernitur. Videamus, ne de altera Parte huius Operis plane nihil dixisse videamur, de descriptione Ferdinandi ab Auctore facta; ex qua, qualis sit ratio eius pingendi, facile apparebit. Ferdinandus, inquit p. 351. multa bona habebat. Erat laboriosus, temperans, prudens, et ingentis animi. Sed vitia eius virtutibus neque pauciora erant, neque minora. Erat enim iniustus, superstitiosus, avarus, intemperans. (Hoc vitium magis debebat desiniri, ne contradictorium videatur, si quis legerit, Ferdinandum simul fuisse *temperantem et intemperantem*.) Quod ad constantiam attinet, imitabatur exemplum Coniugis etc. Isabella diligebat ministros suos fideles, Ferdinandus contra illorum ingenii et virtutibus invadebat. Hic volebat terras acquirere, illa regere. Ferdinandus vitia Isabellae habebat omnia, virtutibus longe illa inferior, etc. Profecto, in exarando Ferdinandi caractere vitia non ita confundi debebant cum virtutibus, uti Auctor confudit. Nam in universum in describendis moribus videndum hoc est, ut per gradus lectores quasi scriptor ducat, exponatque modum, quo alia virtus ex alia orta fuerit. Id quod etiam valet de vitiis. Quare efficitur, ut lector non solum meditationibus scriptoris delectetur, sed et inter legendum alias etiam de suo addat.

Egregia huius rei exempla habemus in antiquis et Graecorum et Romanorum scriptis proposita prope innumera; quae si Auctor ante oculos sibi posuisset, fortasse nec continuam illam Ferdinandi cum Isabella comparationem instituisset, quae rei naturae minus consentanea videtur.



LIBRORUM N. 7274 AVON 491

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiae

Calendis Sept. et Oct. Anno MDCCLXV.

M. ABRAH. KALLII, REG. ACAD. HAFNIENS.
*Bibliothecarii, Specimen Novae Editionis Sententiarum
Theognidis Megarensis, Poetae antiquissimi.*

Cum pluribus abhinc annis Theognideas sententias primum perlegerem, maximo antiquissimi huius et ~~Dr~~ ~~zeta~~ poetae amore captus fui; tum ob materiae, quam tractat, dignitatem; tum ob sententiarum gravitatem. Legendo et saepius relegendo sententiarum illius syllogen, prorsus mihi cognitam reddidi, atque hinc, si quae inter aliorum scriptorum lectionem occurrebant, quae huic poetae illustrando inservire poterant, facilius ea animadverti, animadversa quoque chartis sedulo mandavi. Schedulis deinde perlustratis, cum in iis varia invenirem, quibus poetae lectionem adjuvari posse credebam, de tentanda nova huius poetae editione consilium agitare coepi. Theognideas sententias hunc in finem curatius evolvens, ad profodiae regulas singulos versus examinavi, locaque assiduo notavi, quae vel aperte corrupta, vel suspecta mihi videbantur. Multis adhuc mendis, etiam post egregias Vineti, Camerarii, Seberi, aliorumque emendationes, laborat Theognis, manu exactorum codicum auxilio optime forsan emaculandus. Sed

E e o cum

cum eiusmodi subsidiis uti mihi nondum licuerit, aliam medicinam locis male sanis parare studui. Plurima ex Theognide citata, cum in aliis veteris Graeciae Scriptorum libris superesse viderem, diligenter ea excerpti, atque tanta hoc in labore usus sum felicitate, ut Theognideos plus trecentos versus invenerim, quibus, tanquam totidem gemmis, scripta sua ornare voluerunt antiquissimi auctores. Harum allegationum ope quamvis haud paucae Scribarum maculae feliciter abstergi possint: non omnem tamen, quae sperari potuit, exinde percipere licuit utilitatem; saepius enim ab hodierna textus Theognidei lectione nimis adeo recedunt, quae ab aliis Scriptoribus excitantur loca, ut soli lectionis varietati vix tantus eorum dissensus tribui possit *). Imo si forte unum idemque poetae dictum a pluribus simul excutitur, diversis tamen plerumque modis eandem sententiam singuli proferunt. Atque hanc ob causam de vera loci cuiusdam lectione, (saepius etiam de locis haud ita pridem suspectis,) instituta collatione, incertior multo quam antea sum factus. MSS. codicum opem tanto ardentius desideravi, Theognidisque editionem per aliquod tempus differre deinceps. Frustulum futurae aliquando huius poetae editionis iam exhibeo, hancque opellam, ut omnibus et singulis eruditionis amatoribus, sic iis praesertim commendatam exopto, qui in Bibliothecis vel privatis, vel suae curae commissis publicis, scripta asservant Theognidis exempla. Vos igitur, Viri optimi, conatibus nostris favete, et quo consilio in nova hac editione concinnanda utamur, paucis accipite.

Historicam praemittemus de Theognide, eiusque aetate scriptisque variis, dissertationem. Cum autem pauca

de

*) Dissidii huius causam praecipuam esse credo, quod, cum in scholis iuniorum memoriae mandari solerent Theognidis aliorumque gnomica praecepta, haec deinde memoriter, nec inspectis libris, citarint, scriptisque suis interferuerint.

de poetae vita apud probatae antiquitatis Scriptores memorata reperiantur; fabulas quoque, quas de Theognide temere confinxerunt recentiores quidam, refutare conabimur. Megara Attica, non Sicula, nostri patriam fuisse demonstrabimus, Harpocrationemque turpiter falli, qui Platonem alteri sententiae favisse credidit. Contextus imprimis historiam componere, plenamque Codicum, tam manusccriptorum, quam impressorum, notitiam dare conabimur. *Opusculis* etiam viros, foeminasque illustres, recensebimus circiter triginta. Dissertationem sequentur, quae praecipuis huius poetae editionibus praemittuntur, praefationes. Graecum Theognidis textum ad Lipsiensem anni 1620 editionem excudi curabo, variantisque scripturae notationem caeteris editionibus studiose instituam. Textui in hoc specimine apposta est latina versio, ex eadem Seberi editione hausta, paucisque tantum in locis emendata; sed novam profus melioremque futurae editioni adiungemus interpretationem. Subiicientur graeca Ioach. Camerarii Scholia. Wolfg. Seberi et Ioach. Weitzii notas integras exhibebimus; quod tanto maiori cum eruditorum assensu factum iri credimus, cum in rarissima, et caeteris omnibus longe meliori edit. Lips. a. 1620. unice exhibeantur. Sylburgii et Commellini notulas omnes quoque dabimus; e Vinetitam et Neandri commentariis tantum praecipua feligemus. Iusti et Fischeri annotatis, cum ceteros tantum compilaverint, bonae frugis pauca adtulerint, parcius utemur. Nostras denique addemus notas, quibus ea quoque interferentur, quae a BARTHIO in *Adversariis*, WOPKENSIO in *lectionibus Tullianis*, PIERSONIO in *Verisimilibus*, multisque aliis, ad poetam nostrum annotata inveniuntur. Fragmenta Theognidea, nondum edita, tria exhibebimus, ex Clem. Alex. Stromatibus, Stobaei Florilegio, libroque de interpretatione, qui Demetrio Phalereo adscribitur, desumpta. Agmen claudet vocum Theognidearum index copiosissimus.

Ut melius perspiciatur, quibus subiectis instructi ad novam editionem adornandam accesserimus, catalogus subicere lubet editionum Theognidearum, ordine chronologico digestum. Quas frustra desideratas ex aliorum fide hic recensemus editiones, asterisci signo distinguimus. Quas sub numeris 1. 3. 7. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 21. 22. 31. 32. 39. 42. 47. 50. 52. 53. 56. 59. 65. 70. 71. 72. 74. 76. 80. 83. a. 83. b. afferuntur, Fabricio quoque cognitas fuisse.

1) Theocriti eclogae triginta. Genus Theocriti, et de inventione bucolicorum. Catonis Romani sententiae paraeneticae, distichi. Sententiae septem Sapientum. De Invidia. Theognidis Megarensis Siculi sententiae elegiacae. Sententiae monostichi per capita ex variis poetis. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sibyllae Erythraeae de Christo Iesu domino nostro. Differentia vocis. Hesiodi theogonia. Eiusdem scutum Herculis. Eiusdem georgicon libri duo. *In calce*: Impressum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manucii Romani cum gratia etc. MCCCXCV. Mense februario. fol. Principem, et rarissime obviam editionem prolixè descriperunt I. A. Fabricius bibl. graec. l. I. c. VIII. §. 19. Vol. I. p. 382. et l. VI. c. X. §. 19. Vol. XIII. p. 606. 607. Guil. Franc. de Bure bibliogr. instructive, Bell. Lettr. T. I. p. 194-196. Mich. Maittaire in annal. Typogr. Tom. I. p. 243. 244. edit. prior. (p. 80. 81. edit. poster.) et I. I. Reiske V. C. in praefatione, priori editionis Theocriteae volumini praemissa. Maittaire et Clar. Reiskius diversa et a se invicem discrepantia extare huius editionis exempla observant. Nostrium exemplum cum iis convenire credimus, quae post vers. 13. Idyllii Theocritei, quod Megara inscribitur, finales statim subiungunt alterius idyllii versus: *Τὸ μελέτωρ τῶ σὺ κ. τ. α.* Fuit olim in bibliotheca Petr. Francii, Eloqu. et Hist. Prof. Amstel. huius editionis exemplum, de quo in catal. bibl. Amst. 1705. excuso

excusa p. 193. sequentia adduntur: *Quae in margine comparant, descripta P. Francius e codice, H. Stephani, prout ille adnotaverat ad oram libri: alias praeterea emendationes adscripsit docta manus.*

*2) Gnomologia; Theogn. Pythagor. Phocylid. etc. Graeco, recognitore (Hier.) Aleandro: Parisiis apud Matth. Bolsecum. Divi Iuonis, Brittonum tutelaris numinis, signum in vico scholarum decretorum proferentem, Bibliopolem Parisiensem, nullifirma quingentesimo duodecimo, undecimo Calend. Ianuarias. quart.

Vid. Maittairei anal. Typogr. in indic. tom. I. p. 442. Mazzuchelli gli scrittori d'Italia, Tom. I. p. 422. et Gian-Giul. Liruti notizie de' letterati del Friuli, Tom. I. p. 468. itemque p. 499. ubi hanc editionem, nobis frustra quaesitam, ita describit Lirutus: *Questo libro è tutto Greco: Opera di Teognide collazionata e corretta sopra i migliori esemplari dall' Aleandro.*

3) Scriptores aliquot Gnomici Graeco: (scil. Aesopi vita et fabulae, Gabriae fabellae, Agapetus de officio regis, sententiae quaedam philosophicae, Hesiodi opera, Theognidis sententiae, Pythagorae et Phocylidis carmina, Poetarum senarii. *In calce: Ετυμώδη in διασημοτάτη των βαυρακίων Βασίλεια, παρά Ιωάννη τῷ Φραβενίῳ μὴνι Θαρρηλιῶν ἔτει δὲ αἰπὸ τῆς Χρυσῆ γενήσεως χιλισμῶ, πεντακασιοσμῶ, εἰκοσμῶ πρώτῳ.* οὐδ' αὖ.

Titulum libri, cum in nostro exemplo desit, accuratius exprimere haud potui.

*4) Theognidis sententiae elegiacae, Graeco, Parisi. ap. Io. Lodoicum Tiletanum 1537. quart.

Ad Theognidis calcem aureos Pythagorae versus graeco excudit Lodoicus. Plura de hac editione suppeditabit Maittaireius l. c. Tom. III. p. 273.

5) Hesiodi opera et dies, et theogonia, et clypeus, Theognidis sententiae. Sibyllae carmina de Christo, quorum mentionem facit Eusebius et Augustinus. Musaei opusculum de Herone et Leandro. Orphei argonautica, hymni.

et de lapidibus. Phocylidis paraenesis. Anno Dni 1540.
In calce: impressum Florentiae per Bened. Iunctam 1540.
 mense Februario. *offav.*

*6) Hesiodi opera et dies, theogonia et clypeus,
 Theognidis sententiae; Sibyllae carmina de Christo. Mu-
 faei opusculum de Herone et Leandro, Orphei argonautica,
 hymni et de lapidibus, Phocylidis paraenesis: omnia grae-
 ce. Venetiis ex offic. Farrea 1543. *offav.*

Vid. Catal. bibl. Regiae Paris. *Belles lettres*, Y. 256.
 pag. 257.

7) Theognidis Megarensis sententiae elegiacae, pluri-
 mis locis castigatae, ac scholiis illustratae per Eliam Vine-
 tum, Santonem. Accessit latinae Graecorum regione ad ver-
 bum interpretatio in eorum gratiam, qui vix ultra graecae
 linguae rudimenta progressi sunt. Parisiis excudebat Io. Lo-
 doicus Tiletanus, 1543. *offav.*

De difficultate operis a se suscepti, in praefatione valde
 queritur Vinetus. *Verum, inquit, vix dum e portu sol-
 veram, cum tot mihi subito emergunt scopuli, tot statim obor-
 tae nubes, coelumque diemque eripiunt oculis, ut a propo-
 sito facile his deterritus fuisset, nisi cupido huius conficien-
 di aequoris me plane obstinata iam inde cepisset, ex quo pri-
 mum a praeceptoribus meis Aristotelis aliorumque veterum
 scripta praelegi mihi coepta fuerant, quae huius poetae sen-
 tentiis veluti suavissimis sterculis inspersa essent. Cum igitur
 pergere obfirmato profus animo certum esset, quae ad
 tam dissilem periculosamque rem conficiendam conducere vi-
 sa sunt, ea diligenter omnia adhibui, cuiusmodi sunt cum va-
 riorum codicum locorumque ex eodem auctore ab aliis scri-
 ptoribus citatorum diligens collatio: tum sincerum et acce-
 amicum meorum, virorum doctorum una cum meo iudi-
 cium: inter quos Petr. Panaetius et Iac. Gupylus, facili
 principes. qua quidem diligentia abscessis, adiectis, (in Hertel,
 edit. legitur: abiectis,) transpositis multis, effectum tan-
 dem est, ut instituto satisfecerim meo, perlegerim bonum
 poe-*

poetam, eorumque, quae in eo corrupta erant, bonam magnamque partem obiter castigaverim. . . . Quem autorem (Theognidem intelligit,) utinam tam totum restituere omnino potuissem, quam cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis denique quantislibet vigiliis id praestare poterim, quae res in causa est, ut in latinum sermonem a me conversum non habueris. Theognidem se latinitate donasse, claris hic verbis negat Vinetus, adest tamen in ipsa haec, Vineto curante promulgata, editione latina poetae versio. Vineto hanc tribuerunt Io. Crispinus, et Iac. Hertelius, in praefat. suis gnomior. collect. praefixis, itemque Io. Alb. Fabricius l. c. Vol. I. pag. 441. horum auctoritatem secuti, sub Vineti nomine hanc, frequenter recusam, et in Hertelianis editionibus semper repetitam versionem, in sequenti specimine excitamus.

* 8) Theognidis sententiae elegiacae a Iac. Schegkio latino carmine expressae; accedunt eadem sententiae, Graece, cum latina interpretatione ad verbum, et scholiis Eliae Vineti. Basil. ap. Io. Oporinum 1543. *octav.*

Vid. catal. bibl. Regiae Paris. *Belles lettr.* Y 281. p. 259.

9) Ησιόδου τῶν Ασκραίων ἐλεγίων καὶ ἡμερῶν. Θεογνίδος τῆς Μεγαρέως Σικελιωτῆς γυναικὸς ἐλεγειακά. Χρυσῆ ἐπὶ τῆς Πυθαγόρου. Φωκυλίδου πειρημῶν νεωτερικῶν. Γνωμῶν ἐκ διαφορῶν πειρητῶν φιλοσοφῶν τε καὶ ῥητορῶν συλλεγεῖσθαι, κατὰ σοῦχρον συντεταγμέναι. (Francosf.) apud Petr. Brubachium, typographum, Anno Domini 1549. *duod.*

* 10) Theognidis sententiae elegiacae, olim quidem a doctissimo philosopho D. Iac. Schegkio, Schorndorffense, latino carmine expressae, nuncque primum in lucem editae. Adiecimus easdem Graece, cum interpretatione latina ad verbum e regione posita, in eorum gratiam, qui vix ultra graecae linguae rudimenta sunt progressi: una cum scholiis, quibus et difficiliora aliquot explicantur loca, et depravata *hacte-*

hactenus castigantur, Elia Vineto Santone auctore, Basileae per Io. Oporium 1550. octav.

Guelforbyti, in splendidissima Sereniss. Ducis Bibliotheca huius editionis asservatur exemplum, in quo tamen nulla scholiorum, quae titulus promittit, vestigia deprehendi.

11) Libellus scholasticus utilis et valde bonus, quo continentur, Theognidis praecepta, Pythagorae versus aurei, Phocylidis praecepta, Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina. Collecta et explicata a Ioa-chimo Camerario, Pabepergen. Accessit rerum et verborum memorabilium index. Basil. per eund. (1551). octav.

Quid hac sua editione praestiterit Camerarius, ipsum in dedic. libri enarrantem audite. *Cum multis amicis, inquit, Theognidis lectio mihi cordi fuerit, quod hunc libellum in ludis litterariis proponi ad ediscendum pueris valde cuperem: tandem a me impetravi, ut illum a nobis explicatum emitters auderem. Quo autem libellus melior et ad institutionem puerilem accommodatior esset, sine orationem, seu sententias spectares, eo reperissem depravatiorem scripturam, non uno quidem aut altero, sed innumerabilibus in locis. Itaque olim Eobanus Hessus, cum una in litterarum studio coniunctissime et suavissime Norimbergae viveremus, impatiens considerationis perpetuas, quas incitationem divinam animi et carminum cursus impediret, huius libelli conversationem, ut luculente incoarat, ita cum detrimento studii litterarum maximo abiicit ac reliquit. Etiam ego, cui ille tribuebat primas partes scientiae graecae, debilitabam in eo animi contentionem, cum toties haesitans, tandem desperationem interpretandi hunc tam mendosum libellum pro me ferrem manifestam. Postea tamen non desistimus et ipsi assidue legendo quaedam corrigere, et aliorum coniecturas suscipitari, et auxilio amicorum in exemplis veteribus perquirendis uti. Atque nuper quinque conferre nobis concessum fuit, cum quidem eruditiss. et humaniss. iuuenis, Sigemundus*

dus Gelous, Pannopius, incredibili diligentia, ut tria Venetiis exempla nancisceretur effecerit, quorum scripturas, a vulgata discrepantes, studiose et fideliter annotatas mihi transmissit. Etsi autem neutiquam integritati suae restituebatur hac etiam quasi advocacione libellus iste: tamen, quod iam certum et indubitatum mihi esset, nihil melius, neque accuratius fieri eruius. posse, ita ad editionem hanc accessimus. Per plurima poetae loca feliciter emendavit Camerarius, sed in MSS. codicibus allegandis magna fuit, quod Seculi tamen istius mori tribuas, summi viri oscitantia. Plerisque in locis, an codicum auctoritati, an ipsius viri ingenio, nova, quam in textu adhibuerit, lectio debeat, prorsus reticet; quodsi aliquando in hypomnematibus ad codices provocaverit, an unus alterve horum codicum, an omnes sint intelligendi, nunquam tamen declarat.

12) Γνωμολογίαι παλαιωτάτων ποιητών. Parisiis, typis regiiis, apud Adr. Turnebum, regium (in Graecis) Typographum, 1553. Sententiosa poetarum vetustissimorum, quae supersunt, opera, Theognidis, Phocylidis, Pythagorici cuiusdam, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eveni, Rhiani, Eratothenis, Panyasidis, Lini, Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis. Omnia versibus latinis reddita. Paris. ap. Guil. Morelium. (Regium fil. in latinis Typographum) 1553.

Latina versio Schegkiana est, quae, etsi proprio ornatur titulo, eo tamen consilio edita videtur, ut cum adducto graeco textu unicam efficeret graeco-latinam Gnomiorum collectionem. Exempla huius editionis, notis MSS. virorum doctorum exornata, memorantur in catalogis biblioth. Reg. Paris. l. c. Y. 533. p. 274. et Bentefianae, Amstel. 1702. divenditae, p. 39.

** 13) Libellus scholasticus Camerarii, iterum recusus Basil. 1555.*

Fff

octav. Vid.

Vid. Fabricii bibl. Graec. Vol. I. p. 441. Siracidis quoque sententiae, si fides catal. bibl. Lugd. Bat. haberi queat, hac in editione continentur.

* 14) Theognidis sententiae, cum Jac. Schegkii versione et scholiis Eliae Vineti. Basil. 1555. *octav.*

Vid. catal. bibl. Chr. Gottl. Schwarzii T. I. n. 3133. Mart. Lipenii bibl. philof. voc. *Theognis* p. 1473.

15) Theognidis Megarensis, Poetae Siculi, gnomologia graecolatina, conversa et exposita a Mich. Neandro Soravienfe. Cum locuplete rerum et verborum indice. Basileae ex offic. Io. Oporini 1559. mense Augusto. *quart.*

Pars est Neandrei operis, quod inscribitur: *En, Lector, librum damus vere aureum, planeque scholasticum, quo continentur Pythagorae carm. aurea, Phocylidae poema admonitor. Theognidis gnomologia, Coluthi Helenae raptus, Thryphiodorus de Troiae excidio etc.* Novam confecit Neander versionem, notas plerumque grammaticas textui subiecit, in annotationibus, quae post textum sunt repositae, magna habetur sententiarum similium et proverbiorum, ex Erasmi chiliadibus selectorum copia, sed philologicae et criticae animadversiones frustra hic quaeruntur.

* 16) Theognidis sententiae, cum versione Phil. Melanchthonis. Witteb. 1560. *off.*

Ad hanc forte editionem pertinet explicatio sententiarum, quam eodem hoc anno, proprio tamen ornatam titulo, prodisse audio. Titulus libri, a nullo, quantum scio, Melanchthonis biographo memorati, talis est: *Explicatio sententiarum Theognidis in scola Wittebergenfi, auctore reverendo et clarissimo viro Philippo Melanchthone, Anno 1551. d. 27. Maii, collecta a Io. Maiore Doctore, et in publicum commodum aedita. Witteb. excud. Laur. Schuenck. 1560. off.*

* 17) — sententiae elegiacae cum interpretatione et scholiis Eliae Vineti. Accesserunt et horum poetarum opera sen-

sententiosa: Phocylidis, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eveni, Rhiani, Eratosthenis, Panyasidis, Lini, Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis. Senariorum libellus. Omnia in usum scholarum collecta, et ad verbum conversa, per Iac. Hertelium, Curientem. Adiecta quoque est omnium versio, latino carmine a diversis expressa. Basil. ap. Io. Oporinum, 1561. *off.*

Prima est collectionis gnomiorum Herteliana editio. Instituti rationem, in dedic. ad Senat. Salveldens. ita describit. *Theognide γνομικὰτα, cum versione et doctissimis Eliae Vineti annotationibus, ex arbitrio Dom. Typographi, praemisso, reliquorum Poetarum omnium scripta ex diversis hinc inde autoribus congestimus, congesta fideliter interpretati sumus, et ad puerorum captum quam proxime accommodavimus. - - - Versum latino carmine, sui cuiusque interpretis nomine praefixo, ne alienis nos ornare plumis videremur, subiecit. (Theognidis, quam subiecit, ligata versio, Iacob. Schegkium auctorem agnoscit.) - - - Nondum carmine reddita pro nostra tenuitate pedibus adstrinximus, ita ut quam proxime graeca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis varietas margini est adpersa.*

18) Theognidis sententiae, graece et latine, una cum eiusdem argumenti reliquiis, Phocylidis etc. (vid. titul. praeced.). Omnia in usum scholarum collecta, et ad verbum conversa, per Eliam Vinetum et Iac. Hertelium Curientem, Variscum: Carmine vero latino partim a Hieron. Osio Turinigo, partim ab aliis expressa. Accessit, in studioforum gratiam, Homeri Batrachomyomachia, item latino carmine a Hier. Osio reddita. Basileae. *In calce: Francofurti, ex offic. Ludov. Lucii, Anno salut. hum. MDLXIII, Mense Septembri.* *off.*

Collectionis Hertelianaë hæc est secunda, aut si forte Basileensis ea fuerit, ad secundam expressa editio*). Præter prosaicam Vineti, versionem poeticam Schegkii hic habes, eamque excipit p. 332. alia, itidemque poetica, Hier. Osi. Versio batrachomyomachiae, quam titulus promittit, in libro nullibi apparet.

*) Priorem editionem Senatui Salveldensi inscripserat, sed, cum, inquit, *dedicatio parum feliciter cessisset, ita ut ex eorum animo auctor efflaxerit, quibus pro benevolentia dudum exhibita gratificari vicissim conabatur*, hanc Iodoco Iungio, Brisacensi, suo discipulo, (Basileae enim erat Scholae Petrinae moderator,) dicavit.

19) Theognidis sententiae elegiacae. Pythagoræ versus aurei, Phocylidæ poema admonitorium. Digna omnia, quae ad unguem ediscantur a studiosis adolescentibus. Düseldorp. excud. Io. Oridyrus, et Alb. Buysius, affines. 1563. *off.*

Graeca primum, deinde versio eorum latina seorsim. Theognidis versio Schegkiana est.

* 20) Poetarum vetustissimorum opera sententiosa, Graece. Antverp. 1565. *off.*

Vid. Draudii bibl. classic. p. 1590.

21) Poetae graeci principes heroici carminis, et alii nonnulli, Homerus etc. Anno 1566. Excudebat Henr. Stephanus, illustris viri Hulder. Fuggeri typographus. *fol.* Splendidissima est, et satis nota poetarum graecorum collectio Stephaniana. Margini passim adduntur variae lectiones, sed an MSS. codd. an editis aliis libris, an felicissimo, quo gaudebat, ingenio, hae debeantur, ubique reticet.

22) Theognidis, Phocylidis, Pythagoræ, Solonis, aliorumque veterum poemata gnomica, latina versione et annotationibus illustrata, (Genev.) apud Crispinum. (1569 et 1570). *duod.*

Colle-

Collectionis poetarum Crispinianae tertiam partem efficiunt gnomici. Ad Hertelianam editionem, a qua tamen interdum recedit, expressus videtur Theognis. In oeconomica totius collectionis praefatione poetae nostri sententias, annotationibus selectis El. Veneti, Jac. Hertelii, Jac. Schegkii, aliorumque lucubrationibus expositas se daturum esse promisit Crispinus; sed nullae sunt I. Hertelii et L. Schegkii in Theognidem annotationes, nec alia quam prosaica Veneti versio hic apparet. In bibl. Regia Parisiensi exemplum huius collectionis servatur, cuius margini notas adscripsit Tanaqu. Faber.

*23) — sententiae elegiacae etc. (plen. tit. vid. sub n. 17.) *In calce*: Basileae ex offic. Oporiniana 1569. mense Ianuario. *off.*

*24) — sententiae Graec. lat. Heidelb. 1569.

Vid. catal. bibl. Barberin. Tom. II. p. 454.

*25) — sententiae elegiacae, etc. (vid. n. 17.) *In calce*: Basil. ex offic. Oporin. 1572. mense Ianuario. *off.*

*26) — Graec. Lat. per Jac. Schegkium. Antverp. 1572. *off.*

Vid. catal. bibl. Barberin. T. II. p. 455. Mongitoris biblioth. Sicul. T. II. p. 250.

*27) — sententiae etc. (vid. n. 17.) *In fine*: Lipsiae, Io. Rhamba excudebat, 1576. *off.*

*28) — sententiae etc. (vid. n. 17.) Basil. 1576. *off.*
Vid. Lipenii bibl. philos. p. 1473.

*29) — cum translatione metrica Ant. Mockeri. Erphord. 1576. *off.*

Vid. Lipenius l. c.

*30) Collectio Herteliana recusa Lips. 1577. teste eodem l. cit. *off.*

*31) Opus aureum et scholasticum, in quo continentur Pythagorae carmina aurea, Phocylidis, Theognidis, et aliorum poemata. Edita omnia studio et cura Mich. Neandri.

dri, Soravienfis. Lipsiae, imprim. Io. Steinmann, 1577.

Prolixius hoc opus describunt Io. Fabricius hist. bibl. ^{quart.}
T. III. p. 507. et Gottl. Stolle in Nachricht von den
Büchern seiner Biblioth. p. 418. De raritate libri vid.
Vogtium in catal. libr. rar. p. 486. et Stolle l. c. Quod
Theognidem spectat, ab edit. anni 1559. ne latum
unguem discedit nova haec editio.

* 32) Theognidis sententiae, graec. lat. Antwerp. 1577.
^{off.}

Vid. Fabricii bibl. Graec. Vol. I. p. 441.

* 33) — sententiae, Pythagorae versus aurei, Phocylidae
poema admonitorium. Antv. 1578. ^{off.}

Vid. Lipen. bibl. philos. l. cit.

* 34) — sententiae, graece, et earum versio in carmina
latina: auctore Jac. Schegkio. Paris. ap. Io. Benenatum
1579. ^{quart.}

Vid. catal. bibl. Reg. Paris. l. c. Y. 281. b. p. 259.
Matair. l. c. T. III. p. 777.

35) — Megar. sententiae cum versione latina, ita ut
verbum verbo conferri possit, addita earundem explicatio-
ne a Phil. Melanchthone in schola Vuittebergenfi. Lipsiae,
imprim. Ge. Defnerus. 1581. ^{off.}

Novam sententiarum versionem confecisse Melanchtho-
nem, Fabricius asserit bibl. graec. Vol. I. l. cit. Sed,
quae in hac editione additur, latina versio, ex edit.
Vineti est repetita, Explicationis sententiarum, quam
titulus promittit, quamque seorsim a. 1560. prodiisse,
antea monuimus, nulla in huius editionis exemplo;
Flensburgi viso, apparent vestigia.

* 36) — Megarenfis, poetae vetustiff. sententiae ele-
giacae. Pythagorae versus aurei. Phocylidae poema ad-
monitorium. Digna omnia, quae ad unguem ediscantur a
studiosis adolescentibus. Antwerp. ex offic. Christoph.
Plantini, 1582. ^{off.}

Graeca

Graeca primum, deinde versio eorum latina. Theognidis versio Schegkiana est. Guelferbyti asservatur in bibliotheca Ducali.

*38) — sententiae Graec. Lat. cum scholiis El. Vineti. Lipf. 1583. *off.*

Vid. catal. bibl. Bodley. p. 582. (edit. Oxon. 1738.)

39) Collectio poetarum minorum Crispiniana, recusa Genev. ap. Eust. Vignon, 1584. *duod.*

Vid. Mattair. I. cit. T. III. p. 538. 541.

*40) — sententiae elegiacae etc. (vid. n. 17.) Lipsiae 1587. *off.*

Vid. catal. bibl. I. A. Fabricii, suppl. I. n. 2530. Lipenium I. c. p. 1473.

*41) — sententiae, Graec. Lat. cum scholiis E. Vineti. Lipsiae, 1588. *off.*

Catal. bibl. Barberin. T. II. p. 454. Mongitoris bibl. Sicul. T. II. p. 250.

42) Pythagoras, Phocylides, Theognis. Carmine latino expressi, Petreio Tiara, Frisio, Medico, et graecarum litterarum, cum viveret, Professore, interprete. Nunc recens summo studio ac fide Graece et Latine coniuncti, brevibusque annotatiunculis illustrati, et in lucem editi ab Io. Arcerio Theodoreto, Frisio. Franekeræ excud. Aegid. I. Radaeus, Ordinum Frisiae typographus in Acad. Traneck. 1589. *off. minor.*

*43) Vetusissimorum poetarum opera sententiosa. Tremon. 1589. *off.*

Draudii biblioth. class. p. 1590.

44) Epicae elegiacaeque minorum poetarum gnomae, graece ac latine: Pythagorae scil. Phocylidis, Theognidis, Solonis, et aliorum. (Naumachii scil. Callimachi, Eveni, Rhiani, Eratosthenis, Panyasidis, Lini, Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis, Antimachi). Addita in fine variantis scripturae notatio: correctæ item multis in locis interpretatio latina (*profana*), graecis ex adverso apposita: opera

ra et studio Frid. Sylburgii. Francof. ap. Io. Wechelium et Petr. Fischerum consortes, 1591. *off.*

Ad ipsum contextum quod attinet, inquit Sylburgius in dedicat. ad Pincieriae cognatarumque familiarum pueros, quia manuscriptorum librorum in praesentia non datur copia, meliorum editionum collatione instituta, id operam dedi, ut, quoad eius fieri potuit emendatissima prodirent omnia. In qua recensione, quia non ubique ad amussim corrigi omnia poterant, immo absque vetustiorum codicum auctoritate non debebant; in fine seorsim partim variantem editionum scripturam, partim aliorum pariter ac meas de quibusdam locis coniecturas adnotavi. Quin et Latinam interpretationum maiori ex parte cum graeco textu contuli, multisque in locis, meo quidem iudicio, meliorem reddidi. Ad Sylburgium animadversiones in Theognidem transniserat Dav. Hoeschelius, sed inopinato quodam casu periisse eas sibi queritur Sylburgius in notis, p. 102.

45) Theognidis Megar. sententiae elegiacae etc. (vid. n. 17.) Lips. ex offic. typogr. Abr. Lambergerii, 1591. *off.*

46) — sententiae etc. (vid. n. 17.) Lips. ex offic. eiusd. 1596. *off.*

47) — Phocylidis, Pythagorae, Solonis, et aliorum (vid. n. 44.) poemata gnomica. Graecis ex adverso Latina interpretatio apposita, multis in locis correcta, additaque variantis scripturae notatio. Opera Frider. Sylburgii. Heidelberg. typis Hier. Commelini, 1597. *off.*

Hanc alteram Sylburgianae collectionis editionem Dav. Hoeschelio dedicat Commelinus, et animadversiones quasdam subindicat, quae inter cursoriam Theognidis lectionem sibi occurrerunt, et de quibus Sylburgianas notas frustra consuluit.

*48) — Megar. sententiae elegiacae cum interpretatione Latina. Ingolft. 1598.

Vid. Catal. bibl. Ratisb. ad. S. Emmeran. n. 9647.

*49)

* 49) Γνωμοσυγγραφαί, Theognis, Phocylides, cum interpretatione Viti Amerbachii. Lips. 1598. *Off.*

Catal. bibl. Marqu. Gudii, p. 260.

50) Collectio Herteliana, recusa Lips. in offic. typogr. Abr. Lambergii, 1600. *Off.*

51) Collectio poetarum minorum Crispiniana, recusa Genev. ap. haeredes Eustach. Vignon, 1600. *duod.*

52) Epicae elegiacaeque minorum poetarum gnomae etc. (vid. N. 47.) Francof. ap. Nic. Hoffmannum, impensis haeredum Petri Fischeri, 1603. *off.*

53) Theognidis Megarensis sententiae graeco latinae, certis titulis, quos margo numerato exhibet, distinctae; cum indice duplici, uno dictionum et phrasium graecarum, altero titulorum: opera M. Wolfgangi Seberi, Scholae Schleusingensis Rectoris. Accedunt seorsim in eundem poemam Ioach. Camerarii scholia graeca. Lipsiae impensis Thoma Schureri, 1603. *off.*

Tituli, quos margini apposuit Seberus, ad mentem commentationum Phil. Melanchthonis, Ioach. Camerarii, et Mich. Neandri, quantum eius fieri potuit, conformati sunt. Notae Seberi partim margini adscriptae, partim locupletissimo, et magna cum cura confecto, vocum Theognidearum indici sunt insertae. Latina versio Vineti est. Hypomnematis Camerarii, quae proprio ornantur titulo, notae quoque addidit Seberus, quibus fontes citatorum atque testimoniorum paulo clarius commonstrantur.

* 54) — sententiae Gr. Lat. August. V. 1604. *off.*
Vid. Lipen. l. c. p. 1473.

* 55) — sententiae Gr. Lat. per Phil. Melanchthonem. Lips. 1606. *off.*

Catal. bibl. I. A. Fabricii suppl. I. n. 2533. Lipen. l. cit.

56) — sententiae, in collectione poetarum graecorum carminis heroici, quae curante Iac. Lectio Aureliae Allobrogum 1606. prodit, sumptibus Caldorianaee societatis,

G g g typis-

typisque Petri de la Roviere, a pag. 704. ad 722.

fol.
Ad graecam Stephani editionem Theognidem excudi curavit Lectius, additis quoque, quae in eadem habentur, variis lectionibus. Versio latina e Sylburgianis editionibus est repetita.

* 57) — sententiae, cum latina versione Phil. Melancthonis, Witteb. ap. Sam. Seelfisch, 1609. off.
Vid. Draudii bibl. class. p. 1592. Lizelii hist. poetar. graecor. Germ. p. 18.

* 58) — sententiae elegiacae, graecae, (si Draudio l. c. fides sit habenda; graecae latineque secundum Lipenium l. c. Argentor. 1610. off.)

* 59) Collectio poetarum minorum Crispiniana, ad exempl. edit. Genev. 1584. iterum recusa, Genevae ap. Io. Vignon. 1612. duod.

60) Collectio Herteliana recusa (vid. N. 17.) Lipsiae, typis Lambergianis, excudebat Wolffg. Meifnerus, 1613. off.

* 61) Gymnasmatata versuum graecorum, in quibus continentur: batrachomyomachia Homeri; Hesiodi opera et dies; Theognidis sententiae; Pythagorae versus aurei; Phocylidis poema admonitorium; omnia: graecae edita in usum scholarum a Casp. Brülövio. Arg. ap. Marc. ab Heyden, 1618. off.

Catal. bibl. Regiae Paris. l. c. Y. 497. p. 272.

* 62) Collectio Crispiniana, ad exempl. edit. 1584. iterum recusa, Genev. ap. Ioh. Vignon, 1620. duod.

Catal. bibl. Reg. Paris. l. c. Y. 493. p. 272. Maittaire. anal. typogr. T. III. p. 538.

63) Theognidis Megarensis sententiae graeco latinae, certis titulis, numerato in margine positis, distinctae: cum indice duplici; uno dictionum et phrasium graecarum; altero titulorum. Editio secunda, quae seorsim, praeter graecae Ioach. Camerarii scholia, peculiare quoque notas exhibet,

bet, quibus et passim illustratur textus, et varia insuper lectio, ut aliunde, sic inprimis e MSS. Codd. Biblioth. Palatinae atque Augustanae, commonstratur. Opera M. Wolfgangi Seberi, Sulani. Lipsiae, imp. haeredum Thomae Schureri, (typis vero Io. Glückii) 1620. *off.*

Variantis lectionis designationem e codd. MSS. Palatinis duobus, unoque Augustano confectam, ad Seberum transmiserat Dav. Hoeschelius; fyllogen quoque observationum in Theognidem subministraverat M. Io. Weitzius, e quibus meliores selegit, multaque, quae post priorem anni 1603. editionem ad poetam nostrum ipse annotaverat, addidit Seberus, qui *menda prioris editionis nonnulla hac in editione sustulit, versionemque Latinam multis in locis meliorem, aut certe planiorem, fecit.* Augustanus codex multo rarius quam Palatini excitatur, quare eius collationem non tanta cura Hoeschelium instituisse suspicor. Weitzianas notas, quae cum ceteris Seberianis commiscuntur, nec addito auctoris nomine distinguuntur, sub Seberi nomine excitare cogor.

64) Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, aliorumque veterum poemata gnomica. Cum latina versione. Parisiis, apud Io. Libert, via d. Ioannis Lateranensis, e regione auditorii regii, 1627. *off.*

Tertiam, ni fallor, collectionis poetarum, quam sub a. 1628. anal. typogr. T. III. p. 891, excitat Maittairius, partem constituunt poemata haec gnomica, sed priores duas partes numquam vidi. Ex praefatione totius operis, quam Maittairius l. c. exhibet, ad Stephanianum exemplum hanc collectionem, solo excepto Hesiodo, excusam esse, patet; latina Theognidis versio Vineti est, cuius quoque breves annotationes in calce adduntur.

* 65) Collectio poetarum minorum Crispiniana, recusa *duod.*
Genev. 1629. *Occur-*

Occurrit in catalogis bibl. Petr. Francii, Thom. Osbornii, aliorumque.

* 67) Theognidis sententiae, graec. lat. per Phil. Melancthonem. Witteb. 1631. off.

Occurrit in catal. bibl. I. A. Fabricii, et in Th. Georgii *Wörter-Lexico*, suppl. 3. p. 371.

68) Theognidis Megarenfis sententiae, ad usum studiofae iuventutis seorsim excusae. Monasterii Westph. typis Bern. Rasfeldii, 1634. off.

Graeca est haec editio, vitis typographicis turpiter inquinata.

69) Poetae minores graeci: Hesiodus, Theocritus, Moschus, Bion Smyrnaeus, Simmias Rhodius, Musaeus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, Simonides, Rhianus, Naumachus, Panyasis, Orpheus, Minnermus, Linus, Callimachus, Euenus Parus, Eratothenes, Menecrates, Posidippus, Metrodorus. Fragmenta quaedam Philemonis, Alexidis, Amphidis, Anaxandridae, Antiphanis, Apollodori, Diphili, Menandri, Diodori Sinop., Eubuli, Hipparchi, Nicoltrati, Pherecratis, Philippi, Philippidae, Sotadae, Cratetis, Eriphi, Posidippi, Timoclis, Clearchi, et aliorum incertorum auctorum. Quibus subiungitur eorum potissimum, quae ad philosophiam moralem pertinent, index utilis. Accedunt etiam nunc primum observationes Radulphi Wintertonius in Hesiodum. Cantabrig. ap. Thom. et Io. Buck, et Roger. Daniel, acad. typographos, 1635. off.

In hac editione, (inquit Wintertonius in praefat.) exemplar omnium longe optimum Henr. Stephani, editum a. 1566, eo-que deficiente, (neque enim Stephanus omnes edidit,) Crispini, editum a. 1606, quantum licuit secutus sum. A quibus doctissimis viris si forte nonnullis in locis dissentiam, id invitatus facio, (nec sine doctiss. virorum iudicio,) aut Orthographiae, aut Orthometriae, aut Profodiae gratia, (nam

ad haec tria capita reduci videntur posse omnia, aut saltem aliqua alia, non nisi iusta de causa, uti mihi videtur.

* 70) Theognidis sententiae, gr. lat. per Phil. Melanchthonem. Lond. 1639. *off.*

Catal. libror. bibl. Bodley. p. 582. b. edit. 1738) Fabric. bibl. Graec. Vol. I. l. c.

71) Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, et aliorum poemata gnomica etc. (vid. N. 47.) Ultraieci ex offic. Io. a Waesberge, (quibusd. exempl. ex offic. Herm. Ribbii) 1651. *duod.*

* 72) Poetae minores graeci: Hesiodus, etc. (vid. N. 69.) Cantabr. 1652. *off.*

73) Collectio gnomiorum Sylburgiana, sub N. 47. adducta, iterumque recusa Ultrai. ex offic. Io. a Waesberge 1659. *duod.*

74) Collectio gnomiorum Herteliana, (vid. N. 17.) recusa Helmest. impens. Io. Ad. Kaestneri bibl. typis lac. Mülleri 1668. *off.*

Aliam interdum, quam caeterae collectionis Hertelianaeditiones, lectionem adhibet Helmstadiensis haec editio. Adduntur quoque in calce libri poetarum vitae, e Wintertoniana, ni fallor, editione desumptae.

75) Poetae minores graeci: Hesiodus etc. (vid. N. 69.) Cantabr. ex offic. Io. Hayes, Acad. typogr. 1671. *off.*

* 76) Theognidis sententiae omnes, gr. lat. inter: *Veterum poetarum graecorum poemata, aut poematum ἀποσπασματα selecta, eo consilio hunc in modum congesta, ut iuventus iam in scholis non unum, sed plerosque omnes veteres poetas graecos, quorum quidem scripta supersunt, cognoscere possit, atque ita mature ad legenda eorum cetera alliciatur, cura Io. Vorflii. Berol. 1674.* *off.*

77) Poetae minores graeci: Hesiodus, etc. (vid. N. 69.) Cantabr. ex offic. Io. Hayes. 1677. *off.*

78) Eiusdem collectionis alia editio, Cantabr. 1684. *off.*

*79) Collectio gnomiorum Herteliana, rec. Wratisl. 1692. off.

80) Veterum poetarum graecorum poemata, etc. (vid. N. 76.) Francof. ad Viad. sumpt. Rup. Völckeri, litteris Christ. Zeitleri, 1692. off.

Io. Mollerus Cimbr. litter. Vol. I. p. 707: *Casterae*, inquit, *Vorsianae collectionis editiones, quas catalogi nundinales Berolin. 1689. et 1691. ac Francof. 1703. prodisse perhibent, mihi non sunt visae, et partim forte chimericas.*

81) Theognidis Megarenfis, poetae celebratissimi, sententiae elegiacae graeco latinae, notis philologicis, ex probatissimis quibusdam autoribus excerptis, ac collectis, exornatae, commentario integro, mentem gnomographi aperiente, illustratae, ac demum triplici indice auctiores redditae: quorum primus singula vocabula ordine alphabetico digesta, ac beneficio grammat. D. Welleri, resolutioni subiecta, recenset: secundus vocibus ratione thematicum investigandorum difficilioribus inservit: tertius virtutes morales, vitia, aliaque notatu digna in hocce libello poetico contenta indicat. Quibus accedunt lectiones variantes; in *φιλολογίῳ* commodum, labore ac studio Henr. Gottlob Iust, Graec. Lingu. in gymnas. Augustin. Prof. Sumptibus Autoris, Erfurti, litteris Müllerianis, 1701. off.

E scholis utinam exfularent huiusmodi, maximo cum iuniorum detrimento confectae editiones. Ex Camerarii, Neandri, Seberique scholiis, commentarium quendam compilavit Iustus, eumque nugosis suis quisquiliis belle admodum exornavit. In lexico vocum Theognidearum, quod huic editioni subiecit, summae suae in graecis imperitiae vestigia superesse voluit bonus ille Iustus.

82) Idem liber, recusus Francof. et Lips. ap. Mich. Keyferum, 1709. off.

83 a) Io. Patufae Encyclopaedia philologica, Venet. ap. Nic. Sarum, 1710. quart.
Pl.

Plenior huius collectionis notitiam praebet I. A. Fabricius bibl. Graec. T. XIII. p. 457-462. Theognidis versus 420. priores in quarto seu ultimo huius Encyclopaediae tomo exhibentur a p. 253-267.

83 b.) Hier. Freyeri, Paedag. Reg. Glauchani Inspectoris, Fasciculus poematum graecorum, ex antiquis et recentioribus poetis collectus, et ad innoxium scholasticae iuventutis usum, accommodatus. Halae Magdeb. 1715. *off.*

Ex Theognidis sententiis selectae quaedam hic exhibentur. Vid. Fabric. l. cit. p. 466. 467.

84) Poetae minores graeci selecti et emendati, scilicet Hesiodus, Theocritus, Moschus, Bion Smyrnaeus, Musaeus, Theognis, Phocylides, Pythagoras. Omnibus fere paginis subiicitur vocum difficiliorum explicatio grammatica. In Hesiodo inseruntur tabulae, aere incisae instrumenta veterum agris colendis inservientia describentes. In usum scholarum. Londini, typis T. Wood, impens. G. In-nys, et B. Motte. 1728. *off.*

Ad Wintertonianam editionem impressus est graecus Theognidis textus, pariter ac versio latina. Notae, quae hic adduntur, dialectorum imprimis usum concernunt.

85) Veterum poetarum graecorum poemata, aut poematum ἀποσπασματα selecta, eo consilio nunc denuo congesta, ut iuventus non unum, sed plerosque omnes poetas graecos, quorum quidem scripta supersunt, mature cognoscere possit, cura Io. Ioach. Schröderi, ling. Sacr. et Orient. Prof. Marb. ordin. Marb. ap. Phil. Casim. Müllerum, 1733. *off.*

Collectio est Vorstiana, sed novis Schröderi curis recognita.

86) Θεογνίς σχολή γυν νοήτος και προς των ήβητων χρηστός, b. i. Theognidis Lebens-Regeln, deren Text nach denen besten Lesarten hergestellt, und mit Deutschen Noten also be- *hans*

handelt wird, daß durchgehends 1) der Idiotismus graecus angemerket, und besonders auf die Verknüpfung derer Begriffe bey denen Griechen gesehen; 2) die Sache selbst aus der alten Mythologie, Ethique, und Politique, verständlich gemacht; 3) die vielen Lücken hinlänglich ergänzt, und der Zusammenhang nebst denen verschiedenen Lesarten gezeigt wird; mithin nun jungen Leuten alles leichte zu fassen, und ohne Anstoss zu begreifen seyn muß: nebst einer Vorrede von der eigentlichen Beschaffenheit des verdeckten Vortrags derer alten Griechen in ihrer vermeintlichen Gottes-Gelahrheit, und des Theognidis Leben, durch Friedr. Gottl. Fischern. Altenburg bey Joh. Ludw. Richters Erben, (1739.) *off.*

87) Editio Iustina, auctior recusa Erford. sumt. Iungnicolianis (1739). *off.*

88) Callimachi hymni et epigrammata: quibus accesserunt Theognidis carmina: nec non Epigrammata centum septuaginta sex ex Anthologia graeca, quorum magna pars non ante separatim excusa. His adiuncta est Galeni suaforia ad artes. Notas addidit, atque omnia emendate imprimenda curavit editor. In praefatione disseritur de linguae graecae pronuntiatione; secundumne *quantitatem*, an *accentum*, melius prodeat. Londin. impens. Gul. Thurlbourne, Bibliop. Cantabr. 1741. *off. mai.*

Nitidas huius collectionis auctorem Thom. Bentleium fuisse, ex indice didici *Actis eruditor. Lipsens. anni 1745.* subnexo. Poematibus Callimachi notas addidit Bentleius, quas acriter perstringunt eorundem Actor, collectores l. c. p. 403. seq. *Ex Theognidis sententiis moralibus*, (quas ad Cynnum datas esse Editor credidit.) *excerpta* a p. 177. ad 215. hic exhibentur, *cum versione vulgatis emendatiori.*

89) Plutarchus de puerorum educatione, et de audientibus poetis, Isocratis orationes tres, Hesiodi opera, et Theognidis sententiae, Graece, in usum scholarum. Recensuit, praefationem et vitas auctorum praemisit, M. Christoph. Kretsch-

Kretschmar, Cruciani Dresd. Conr. Dresd. et Lips. apud
Frid. Hekel, 1750. *off.*

Sententias Theognideas, aequae ac cetera, quae hoc li-
bello continentur, opuscula, in partes seu sectiones di-
visit Kretschmarus, singulisque capitibus argumentum
praemisit, ut sic discentes statim in conspectu habe-
rent, quale ab auctore exponatur argumentum. Va-
riantes lectiones textui passim subiiciuntur. Lexicon
vorum loquendique formularum, in his opusculis ob-
viarum, quod in praefatione editor promisit, nondum
prodiisse opinor.

VERSIONES SENTENTIARUM
THEOGNIDIS.

α) *profanae.*

- 1) El. Vineti, aut, quae sub eius nomine circumferri so-
let: (vid. editt. sub num. 7 8. 10. etc.) Emendata dein-
de haec versio fuit per Phil. Melanchthonem, Iac.
Hertelium, Frid. Sylburgium, et Rad. Wintertonum.
- 2) Mich. Neandri, quam in utraque sua editione adhi-
bit, (vid. num. 15. et 31.)
- 3) Thom. Bentleii, in excerptis ex Theognide, sub num.
88. antea adductis.
- 4) Marci Anton. Petilii, Monte - Corvinatis, Iurisconf.
Neapol. versio inedita. Vid. Leon. Allatii apes urban.
p. 187.

β) *Ligato sermone.*

- 1) Iac. Schegkii, Vid. num. 8. 10. 12. 14. 17. 18. 23.
25. 26. 27. 28. 30. 34. 36. 40. 45. 46. 50. 60.
74. 79.
- 2) Theognidis versio, item Pythagorae, Phocylidis, Tyr-
taei, et Solonis paraphrasis, nec non alia varia poema-
ta ac epigrammata recens edita. Autore Hieronymo
Osio, Turingo. Ad illustrissimum ac potentiss. Regem
H h h Da-

- Daniae, Christianum III. Witteb. in offic. haered. Ge. Rhau 1558. oct. Recusa est haec versio in edit. gnomie. Herteliana, Francof. 1563. (vid. n. 18.)
- 3) Io. Tholingeri; Antiquissimi poetae Theognidis, gnomae, latino carmine redditae. Autore Ioanne Tholingero, Talmessingensi. Witteb. 1558. oct.
- 4) Gasp. Graspergeri, seorsim excusa Norib. 1562. oct. Vid. catal. biblioth. Iac. Burckhardi, Consil. et Biblioth. Gueferb. part. 1. p. 130. Integram hanc bibliothecam, magnis sumptibus ab haeredibus emtam, scholae Holtzmandanae usibus consecravit liberalitas Sereniss. Brunsvicensium Ducis.
- 5) Ant. Mockeri. Vid. n. 29.
- 6) Petreii Tiarae. Vid. n. 42.
- 7) Casp. Barthii, in opusculis variis, Hanov. typis Wille- rianis editis, 1612. oct. Hanc suam interpretationem contra innominati cuiusdam auctoris obiectiones defendit ipse Barthius, in Adversar. libri XV. c. 4.
- 3) **GALLICA.**
- 1) Les sentences de Theognide, Poete grec, mises en vers françois par Nic. Pavillon, Parisien. Paris, chez Guill. Julien, 1578. oct. Vid. Catal. bibl. Reg. Paris. Y. 281. p. 259. Draudii bibl. class. T. II. p. 299. Ant. Verdier bibl. des auteurs François, p. 919. Franc. de la Croix du Maine bibl. des Auteurs Franç. p. 499.
- 2) **ITALICA.**
- 1) Angeli Mariae Salvini versio inedita, cuius mentionem faciunt Io. Lamius, memorab. Italor. erud. T. I. in vita Salvini p. 54. et 61. Scip. Maffei in libro: Traduttori Italiani, ossia Notizia de' volgarizzamenti d' antichi scrittori Latini e Greci: Iac. Maria Paitoni in Bibliothec. degli Autori Greci e Latini volgarizza- ti, quam, suppresso auctoris nomine, D. Ang. Calogera pri-

primus edidit in Raccolta d' opusculi scientif. e filolog. T. XXXII. XXXVI, auctiorem deinde publicavit Phil. Argellati, Mediol. 1753. 4.


*) GERMANICIS VERSIBUS, sed parum feliciter, Theognidem vertere tentavit Clariss. Io. Dan. Denso. Infertum est huius versionis specimen scriptis societatis Teutonicae Lipsiensis, quae hoc titulo prodierunt: *Beiträge zur Critischen Historie der Deutschen Sprache, Poesie und Bescheidenheit*, Lips. 1738. 20. Stück. N. IV. p. 559.

Haec editioni Sententiarum Theognidis, quam meditatur, praemittit *Kallius*, Vir doctissimus; quod propediem dabimus Specimen, ab eo iam editum, fidem Lectoribus faciet, non potuisse curam edendi Theognidis venire ad virum aut diligentiorum, aut studiosiorem litterarum graecarum.


MUSEVM MAZZVCELLIANVM, SEV NVMISMATA Virorum doctrina praestantium, quae apud IO. MARIAM COMITEM MAZZVCELLVM Brixiae servantur, a PETRO ANTONIO DE COMITIBVS GAETANI, Brixiano Presbytero et Patrio Romano, edita atque illustrata. Accedit versio Italica studio Equitis COSIMI MEI elaborata.
TOMVS SECVNDVS.

Venetis 1763, typis Anton. Zatta. Alph. 4. plagg. 22.
cum tabulis figg. ex aere express. 108.

Cum de primo Tomo operis splendidi, lectuque periculi, et spectantibus etiam amoeni, nuper retulerimus, negligi a nobis diutius secundus hic Tomus non potest. Quem cum diligenter voluerimus, non tam eos ex viris doctis et scriptoribus claris felices praedicavimus, quibus



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

NOVA ACTA ERUDITORUM

LEIPZIG 1767

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
ERLANGEN-NÜRNBER ZUGRUNDE

SIGNATUR: LTG. IX,88.

bus eiusmodi dicatorum memoriae ipsorum numismatum honos habitus esset, quam qui eam ingenii, doctrinae, et operum famam essent consecuti, ut vel nullis condecorati monumentis publicis, tamen ab omni posteritate celebrentur. Nullae amplius, vel rarissimae certe, Viris de republica bene meritis statuae ponuntur, quamquam hoc ex sapiente antiquitate imitandum esset perpetuo: sed profecto memoria eorum, his quasi fulcris destituta, non tamen umquam interitura est. Itaque etiam eruditorum hominum existimatio atque gloria pulchre quidem numis expressa enitet, sed pulchrior animis omnium impressa, qui vitam in literis transactam vocant beatissimam.

In tanta autem Tabularum copia, qua hic quoque Tomus exsplendescit, de singulis profecto dici non potest accuratius. Neque vero desiderabunt Lectores nomina virorum eruditorum omnium, quibus numi istius Tomi inscripti sunt: esset enim census prope infinitus. Igitur satis fuerit, plerosque, et eos maxime memorandos, proferre, omisissis vel obscurioribus quibusdam, vel in Germania certe parum nobilitatis. Opus ipsum consulturis, ut omnem hunc quasi exercitum lustrare possint, praesto sunt Indices plures, huic quoque Tomo praefixi, quorum alius viros doctos numismatibus insignitos ad ordinem elementorum alphabeti, alius secundum gentes, alius pro disciplinarum quas coluerunt diversitate, exhibet; alii alio modo.

Iam ut ad ipsas Tabulas veniamus, *Prima* spectandos proponit *Georgium Mylium*, s. *Müllerum Augustanum*, *Barthol. Rosinum*, *Fortunianum Sanvitalium*, *Iul. Rosinum*, et *Philipp. Camerarium*. Tab. II. *Cosmus II. Medicus*, *Scavola Sammarthanus*, et *Franc. Malherba*, spectantur, cum aliis. Tab. III. *Iac. Böhmius*, de quo *Reimanni* iudicium adfertur ex Catalogo Biblioth. Theol. *Jacobus I. Rex Angliae*, alii, Tab. IIII. *Theodor. Trivultius*, *Frider. Cardin. Borromeus*,

meus, Archiep. Mediolanensis, Franc. Baco de Verulamio, vir summus, cui verissima et ingeniosissima imago dicata est, auroram referens, cum hac epigraphe: *Non procul dies;* (ubi tamen non erat dicendum, praecessisse *Harveum*, qui posterior fuit *Bacono*, et *Sarpium*, qui coaevus erat;) *Iac. Calot*, chalcographus excellens; *Nic. Claud. Faber*, (addendum erat *Peirescius*, quo nomine unice celebratur,) de quo tradit Auctor, eum, cum viveret, doctis Gallorum plerisque paene ignotum fuisse. Tabula V. *Elisabetha Krausfin*, cuius ex *Koehleri* Amoenit. Numar. T. XI, vita desumenda est, alii. Tab. VII. *Galilaeus de Galilaeis*. Non omittitur crudelis vexatio, qua virum egregium profecuti sunt *Sacri Fidei Quaestores*, ut hic vocantur, rectius *libertatis et verae doctrinae hostes detestandi*. Tab. VIII. Septem numismata Cardinalis *Richelii* honori excusa proponit. Dicendum etiam fuisset de dramaticis eius scriptis, quibus frustra aemulatus est magni *Cornelii* gloriam. De Testamento eius *Politico* traditur hoc loco, manuscriptum illud in Bibliotheca Sorbonica servari. Sed satis constat, quam discrepantes sint viro- rum doctorum de huius scripti *avdivitiis*, opiniones. *Hugo Grotius*, *Vincent. Vetturius*, s. *Voiture*. Tab. IX. *Franc. Menardus*, s. *Maynard*, aliique. Tab. X. *Iac. Sirmondus*, *Ren. Cartesius*, *Dion. Petavius*, *Petr. Gassendus*. Tab. X. *Balsacus*. De quo iudicatur, eum neque eloquentia, neque doctrina, valde excelluisse, cum tamen sua aetate omnium facundissimus haberetur. Sed profecto, si de Francogallica eius oratione valet illud iudicium, ad latinam referendum non omnino nobis videtur. *David. Blondellus* Tab. XII. *Oliv. Cromwell*. Cuius numus propterea editus est, quod ille aliquamdiu studiis operam dedisset, et in historicis politicisque probe fuerit exercitatus. *Hier. Bignon*. Io. Clericus. I. B. *Gaston Dux Aurelianensis*, Frater Ludovici XIII. non summo merito hic locum occupans. *Anton. le Maitre*. Tab. XIII. Io. *Franc. Saracenus*, (Sarrafin). *Rab. a Canstein*. *Paull. Scarron*. Huic bene convenit *Genius cum accensa*

face, cui triceps draco subiacet, cum inscriptione: *J'ai vaincu la douleur par les ris et les jeux. Dion. Talon.* Tab. XIV. *Mart. Geierus*, cum aliis. Non ille, ut hic traditur, in Ducali Sacello Zizae sacrorum minister fuit, sed in Aula Elector. Saxoniae. Neque tantum sacras literas et orientales eruditus erat, ut habet Auctor, sed ex primariis Theologis et Scr. S. interpretibus fuit, quos Ecclesia Evangelica habuit, vir doctrina et virtute praestantissimus. Verba Germanica in eius numo perperam hic edita, corrigenda sunt hoc modo: *Seelig sind die Sanftmüthigen.* Tab. XV. *Julius Cardin. Mazarinus.* Tab. XVI. *Blas. Pascal.* Huic iustae quidem laudes tribuuntur; sed cum ad eius *Litteras Provinciales* pervenit Auctor, non iam illustrissimum hoc ingenii, eloquentiae, et satyrici salis monumentum praedicat, ut par erat, sed hoc unice memorat, *eas Pontificum, Episcoporum, Doctorumque decretis damnatas, nec non Rege supremisque curiis iubentibus, manu carnificis combustas esse, utpote quae, ut aiunt, Iansenii doctrinae faveant.* Talia hoc Seculo scribenda non sunt. Quot enim libri egregii combusti sunt iubentibus et Principes incitantibus stultis sacrificulis! Itaque haec emendanda potius sunt hoc modo. Hae litterae, quae corruptam a Iesuitis doctrinam moralem acerrime exagitant, ut saepius damnarentur et cremarentur publice, apud patronos suos facile perfecerunt Iesuitae; verum illa putida iudicia, et vanas illas combustiones adeo non curarunt viri literarum et humanitatis studiosi, ut eas litteras numquam legere desinant. Tab. XVII. *Paulus Segneri. Car. Viccomes, Comes Blas. Franc. Paganus, Eustach. Le Sueur.* Tab. XVIII. *I. Mich. Dlherrus. Io. Henis.* Quis iste sit, ignorare se fatetur Auctor; itaque illum nobis pro *Io. Henichio*, Theologo Rinteleni, venditat. Lepidus error! Nam *Henis* iste, quisquis fuerit, et habitu omni, et inscriptione circumiacente, dissimillimus est *Henichio*. Legimus enim hic inter alia: D. COM. PAL. EQ. D. M. Quod forte reddendum est: DE COMITIBUS PALATINIS, EQUES DIVI

DIVI MARCI. Sed omnis numus parum accurate nobis videtur expressus; itaque ne coniecturis quidem hic locus est. Tab. XIX. *Franc. Mansart. Sam. Bochart. Hieron. Farnesius.* Tab. XX. *Io. Coccius. Fratres de Witt. Io. Bapt. du Hamel.*

Praetermissis aliquot Tabulis, ad XXIV. transimus, in qua primus eminet *Mulerius*, ille sui Seculi Plautus. Tab. XXV. *Io. Milton.* Quem cur matum Christianum dicat Auctor, non capimus. Sed plura de eo accuratius et plenius tradi potuissent. Tab. XXVI. *Hadr. Valesius. Guil. de Lamignon.* Tab. XXVII. *Frid. Mayerus. Tob. Jac. Reinhartus.* Corrigendum est, quod hic legitur, numisma in eum cum videri eo tempore, quo Erfurto, ubi Ius publice docebat, vocatus fuerit in Georgiam Augustam, anno nempe 1729. ut adiunctum chronostichon doceat. Sed hoc anno satis constat Academiam Georgiam Aug. conditam non fuisse. Itaque ad Erfurtensem dignitatem referendus est hic numus. *Io. Schefferus. Io. Laur. Berninus.* Tab. XXVIII. *Io. Bapt. Colbert. Olivar. Patru,* alii. Mox Tab. XXIX. *Io. Fabricius.* Pro *Amburgis* p. 130. scribendum erat *Hamburgi*; deprecamur enim vim omnem exterorum scriptorum in nomina Theotisca. Tab. XXX. *Pi. Cornelius. Ioach. de Sandrart.* Tab. XXXIII. *Helena Lucretia Cornelia Piscopia*, mortua a. 1684. aet. 38. Doctoris gradum et lauream Patavii receperat, interque oblatas d. Benedicti vixit. *Francisc. Turratinus. Io. Bapt. Lully. Io. Claudius. Christoph. Wutichius.*

Iam Tabula XXXIV. et XXXV. novem numismata habet *Christinae* Reginae, non illa quidem ignota, sed tamen diligentius aliquanto illustranda, quam hic factum legimus. Plures etiam proferuntur *Azzolini* Cardinalis, quem illa heredem ex parte scripsit, numi, sed nec hi satis enucleati; ut ille v. c. qui mulieris imaginem refert, adiunctis his verbis:

DIVA

DIVA SPADA. Tab XXXVII. *Petrus Iurieu*. De quo falsa tantum vaticinia proferuntur, cum scripta quaedam egregia adiici quoque potuissent. *Guil. Sancroft*, cum VI. aliis Episcopis, Turri Londinensi inclusis. *Ren. Rapinus*. Tab. XXXVIII. *Phil. Quinault*. *Car. le Brun*. *Io. de la Quintinie*. *Jfm. Bouilleau*, cuius de Lusitanicis Ecclesiis Liber egregius excitatur quidem, sed hoc tantum consilio, ut a Quaesitoribus Fidei notatus et damnatus dicatur fuisse. *Io. Fontanus*, cuius epitaphium, quod sibi ipse posuerat, *Jean s'en alla etc.* non male hic Hetrusco redditur. Tab. XXXIX. *Jf. Benferade*. *Io. Santolius*. *Io. Commirius*. *Mich. Molinos*. Novae haeceseos inventor dicitur hoc loco, quam nos, qualis fuerit, satis perspecta eius historia, ignoramus: homo enim mysticae Theologiae nimis amator, cum innumeris aliis monachis, eadem pene sentientibus, quietus victurus erat, nisi potentius inimicorum genus contra eum insurrexisset. Multi sunt in Sanctorum numerum relati ab Ecclesia Romana, qui multo ineptiora, et magis adfinia fanaticismo, quam ille, somniarunt. Tab. XL. *Anton. Arnaldus*. *Antonia de la Garde des Houlieres*. *Marcellus Malpighius*. *Io. Tillotson*. Tab. XLI. *Franc. Redi*, medicus clarissimus, cui ingeniosi quidam numi inscripti sunt. Tab. XLII. *Sevignia*, illustris femina, epistolarum familiaris generis scribendarum arte princeps inter Francogallos. Tab. XLIII. *Io. Racinius*. De palma carminis tragici certavit, nonnullorum sententia, cum *Pe. Cornelio*. Ita sere Noster. Sed addendum erat, quibus rebus par, vel superior huic fuerit: quod satis iam a Gallis observatum meminimus. *Io. Ciampinus*. Tab. XLIV. *Balth. Becker*. De numis variis, memoriam eius servantibus, copiose satis dicitur, sed de opinionibus ipsis, quibus famosus factus est, nimis ieiune, imo ita, ut quibus ille parum notus est, hinc profecto eius ingenium et sententiam percepturi non sint. Dicitur tantum edidisse *Tractatum de natura et operationibus daemonum*; sed Liber eius celeberrimus *Mundi fascino* nomen prae se fert, et praeter multa prave dicta, habet profecto si-
mul

mul ad Christianos monita, de daemonum quam extollunt potentia, perquam utilia. *Io. Henr. Horbius. Io. Casp. Schade.* De hoc nihil prorsus quod memoret habuit Auctor, quam ut eum a *Io. Schade*, Medico Heidelbergensi, distinguendum moneret. Sed intererat multorum Lectorum, praesertim extra Germaniam, scire, hunc esse *Schadium* illum, qui in eam opinionem adductus, socordiam et impietatem hominum facile ali posse tribuendo illis nimium leviter peccatorum, quorum confessionem apud Ministros Ecclesiae edunt, absolutionem, a confessionibus eiusmodi audiendis prorsus abstinere coepit, eoque facto turbas non omnino leves excitavit Berolini, paulo ante mortem suam. *Io. Ben. Carpzovius. Io. Frid. Breithaupt.* Pro *Gorion Iaden*, (quem se ignorare fatetur Auctor, nec mirum, cum in natura rerum non existet, effinxit autem ex *Gorionaden*, ut numus habet,) legendum est: *Iosephus Gorionides*, quem *Breithauptius* latine vertit, et frustra genuinum *Iosephi* opus esse defendit. *Sam. Bened. Carpzovius. I. I. Breithaupt.* Tab. XLVI. *Conr. Sam. Schurzstreich. Laur. Bellini. Io. Georg. Pritius.* Tab. XLVII. *Io. Paul. Bignon. Henr. Noris. Io. Locke.* Tab. XLVIII. *Pe. Bayle. Phil. Jac. Spener.* Nihil fere dicitur de Viri immortalis meritis. *Natalis Coypel. With. Ernest.* (non *Herneftus*, ut hic editur.) *Tentzel.* Tab. L. *Bened. Averanius.* Tab. LI. *Henr. Newton*, alii. Tab. LII. Refert imagines *Boelaei* et *Fleschierii*, illius poetae, huius Oratoris, inter Gallos classici. Tab. LIV. *Car. Marattus. Io. Henr. Feufkingius.* Tab. LV. octo numismata habet: *Livii Odeschalschi*, Innocentii XI. P. M. ex Fratris nepotis. Tab. LVII. *Jac. de Tourreil.* Eadem, et Tab. LVIII. Numis quatuor ostenditur *Anton. Magliabecchius.* Inter eos ille, qui inscriptionem habet, *Scire nostrum reminisci*, imprimis placuit, non modo quod stupendam viri illius memoriae facultatem apte designat, sed quod plerique etiam eorum, qui vulgo eruditi vocantur, eam sententiam suam facere possent. Nam apud homines sapientes et ingeniosos, *scire plus est multo, quam reminisci.* Tab. LIX. *Casp. Neuman-*
I i nur.

aus. *Nic. Malebranche*, de quo refertur scomma popularium:

*Lui, qui voit tout en Dieu,
N'y voit pas qu'il est fou.*

Adiecti sunt in eadem Tabula *Fenelonii* et *Heraei* numi. Tab. LX. *Lud. Elites du Pin*, cum aliis. Tab. LXI. *Mich. Lilienthalius*. *Anna Daceria*, *Georg. Wuisg. Wedelius*, *Andr. Dacarius*, *Ger. Wolf. Molanus*. Tab. LXII. *Io. Alphons. Turretinus*. *Bened. Piſtus*. *Car. Ruæus*. *Io. Christoph. Wichmannshausen*. Tab. LXIII. *Petrus M. Rufforum Imper.* *Guil. Wacke*. Hic Auctor declamat vehementer in Anglorum, immo et reliquorum Protestantium humanitatem, omnibus religionis profitendae modis libertatem concedentium. Nimirum, ex institutis Romanis secures potius expediendae forent, et rogi accendendi. **DI** meliora piis, erroremque hostibus illum! *Isaac. Newton*. Tab. LXIV. *Cosmopolites*, h. e. clarus viro- rum doctorum Hamburgi olim conventus. *Aug. Herm. Francke*. Tab. LXV. Sex numismata in *Nic. Kederum*. Tria in *Christ. Thomafum*, de cuius sententiis et meritis minus accurate disseritur. Tab. LXVI. *Chr. Matth. Pfaff*. *Anton. Maria Salvinus*. Tab. LXVIII. *Anton. Valisnerius*, *Vinc. Maria Urſinus*, postea *Benedictus XIII. P. Max.* sed melior Episcopus et monachus, quam Pontifex. Tab. LXIX. *Io. Jac. Baierus*. *Aloys. Ferdin. Marsilius*. *Io. Frid. ab Osterwald*. *Io. Bap. Rosſaeus (Rouſſeau)*. Plura corrigenda et supplenda essent in narratione de clarissimo hoc poeta; unus tamen idemque miabilis error tacendus nobis non est, quo superstes adhuc alter *Rosſaeus (Jean-Jacques Rouſſeau)* cum hoc nostro pridem defuncto male miscetur p. 289, inde a verbis praesertim vero *Dissertatio*, usque ad exitum. *Jac. Vanierius*. *Anton. Houdart de la Motte*. Tab. LXX. *Io. Petr. Ludwig*. *Io. Jac. Rambach*. *Ger. a Loon*. Tab. LXXI. *Iust. Christoph.* et *Phil. Ludov. Böhneri*. *Ioach. Negelinus*. *Christ. Mariana a Ziegler*. *Io. Jac. Scheuchzer*. Tab. LXXII. *Io. David Kosler*. *Io. Andr. Gilrich*. *Mich.*

Mich. Henr. Griebner. Phil. Cosp. Pfannenstiel. Pius Nicol. Gallius. Io. Alb. Fabricius. Io. Frid. Bachovius. Christoph. Jas. Trew. Tab. LXXIV. Sidon. Hedw. Zacunemannia. Tab. LXXV. egregium et maximi moduli numisma refert Barthol. Curtium. Tab. LXXVI. Io. Christoph. Wolfius. Gust. Phil. Moerlius. Io. Godofr. de Meiers. Tab. LXXVII. Mart. Folkes cum aliis. Tab. LXXVIII. Io. Georg. Volckamer et Godofr. Thomasius, uno numismate expressi. Tab. LXXIX. Matth. Io. Comes de Schulenburg. Guido Grandius. Tab. LXXX. Sam. Clarke. Io. Gust. Reinbeck. Ridiculo errore dicitur discipulo di Michel Budeo Breitaup, cum hi tres fuerint Theologi satie clari, Michaelis, Buddeus, Breithauptus. Tab. LXXXI. Eric. Benzelius. Tab. LXXXII. Io. Guil. de Goebel. Io. Andersonius. Christ. Gottl. Schwarzius. Io. Iac. Vitriarius. Ern. Christoph. Comes a Manteufel, qui quondam urbem Lipsiensem elegerat secessum, in quo cum litteris consensueret, vir eruditissimus et perspicacissimus; obiit, (nam annum mortis ignorare se ait Auctor,) anno 175. Andr. Hercules Card. de Fleury. Tab. LXXXIV. Euchar. Gottl. Rinck. Hans Sloane. Edmund. Halley. Rob. Barker. Tab. LXXXV. Rob. Walpole. Alex. Pope. Io. Adam. Tresenreuter. Adam. Rudolph. Solger. Antistes sacrorum Noriberg, adhuc superstes. Tab. LXXXVI. Laur. Mizlerus. Andr. Elias Buchnerus. Franc. Hutcheson. Car. Linnaeus. Mauritius Comes Saxo. Erdm. Neumeisterus.

Strictim iam eos persequamur, qui reliquis Tabulis XXII. conspicendi praebentur. Sunt autem *Burlamaquius, P. I. de Marperger. B. W. Marperger. Apost. Zenus. Lud. Ant. Muratorius. N. L. Comes a Zinzendorf*, quem Auctor Graf appellat, quasi hoc nomen familiae sit, cum Comitem designet potius.) *Abrah. de Moivre. Annib. Albanus. Baro de Montesquieu. H. G. Ebner ab Eschenbach. Christ. Wolfius. Scipio Maffei. Card. Quirinus. Phil. Stofchius. Anton. Cocchius. A. F. Gorius. Fontenellius. Bened. XIV. P. M. numis permultis. Clemens XIII. P. M. Flamin. Cornelius. Voltaire. D. de*

Supervills. Maupertuis. I. G. Carpovius. Io. Taylor. Ian. Plancus. Io. Lamius. Pe. Metastafius. Io. Freindius. L. M. Catharina Bassi. Crebillon. Vulpius. Richey. Henr. Comes de Brühl. Christoph. Card. Migazzi. Comes de Tiffin, et post alios plures, numerosa cohors numismatum Friderici II. Regis Prussiae.

Opus omne dignum iudicamus doctrina egregia et studio in litteras praeclare Comitis *Maximiliani*, cuius inde comparata gloria neque eo minuitur, quod Commentarii Auctoris saepiuscule peccavit, et longe frequentius, quam a nobis notatum est, quod etiam iniquiorem se praebuit Protestantium multis, et multis locis, et cum iudicare debebat accurate, vix ieiuna quaedam narravit. Artificis manus, Operi adhibita, multo elegantior deprehenditur in ornamentis quibusdam, ad extremas paginas subiectis, quam in ipsis numis exprimentis. Ceterum *Maximilianus*, qui Brixiae quasi *Quirinum* alterum reddiderat, editisque *Scriptoribus Italiae, Vita item Archimedis et Petri Arctini*, multum erat laudis consecutus, obiit XIX. Novembris anni MDCCLXV. aetatis anno supra quinquagesimum octavo.

**DISSERTATIO EXPERIMENTALIS DE
Electricitatis theoria ac usu, quam in Sabaudica Nobiliura Academia defendit ill. Dom. ANTONIUS
L. B. PONGRAZ, anno 1762.**

Vindobonae, typis Schultzii, Acad. typogr. pagg. 124.
in 4to.

Elegans non minus, quam doctum hoc opusculum, habet Auctorem S. R. Fulgentium Bauerum, e Scholis piis, Matheseos ac Physices experimentalis Professore in Sabaudica Nobiliura Acad. Vindobonensi, et Academiae Roboretanae

tanae sodalem celeberrimum Continet primum brevem, et summo acumine excogitam electricitatis theoriam, experimentis superstructam; deinde usus eius in explicandis variis naturae phaenomenis copiose declaratur. Pro indubitato habet auctor Cl. ex infinitis experimentis, ubique cognitis, omnia electricitatis phaenomena generari a fluido aliquo longe tenuissimo, quod aut ignis est, aut ignem aemulatur, aut si inavis aether, aut quidvis aliud: praeditum illud est insigni quadam vi se expandendi diffundendique, si ei repagulis laxatis exitus detur. Appellari ea vis potest elastica seu repellens seu quidvis aliud. Quemadmodum id experimenta, ut dicunt, repulsionis, ac inprimis phiala Leydensis, docent: ita experimenta communicationis extra dubium ponunt, fluidum electricum de corpore in corpus communicatione transferri. Corpora itaque, de quibus, et in quae electricum fluidum transfertur ac transfunditur, capacia sunt eius fluidi continendi recipiendique; hodieque industria Physicorum constat, omnia corpora continendi recipiendique fluidi electrici capacia esse. Difficilioris vero disquisitionis res est, unde, aut ex quo fonte, cum corpora electricantur, ignis ille scaturiat? Id quidem ex decretis Physices confectum est, latuisse eundem alicubi; nullum enim corpus, quod in lucem prodit, ex nihilo exurgere potest. Ubinam vero flamma usque adeo furens latuit tandem? Hoc ut distinctius explicet Auct. Cl. docet, ad electricitatem excitandam, et frictione demonstrandam, necessario requiri corpus fricans, corpus frictum, atque conductorem corpori fricto contiguum; porro globum, seu corpus frictum, nulli, catenam duabus, pulvillum isidem duabus subiectum esse permutationibus. Quare non solum quatuor omnino experimentorum electricorum genera oriuntur, sed et flamma illa homines in admirationem, et nonnumquam in stuporem rapiens, latet aut in uno ex his tribus, aut in omnibus, aut de uno omnibusque in aliud, aut in omnia introducitur. Concipi igitur potest in corporibus tri-

plex condensationis fluidi electrici status. Etenim si quo in corpore lateat fluidum hoc, quin relaxatis repagulis diffuset in aliud fluidi electrici aequae capax corpus, quisquis condensationis fluidi status est: hunc statum condensationis mediae appellat Auct. Cl. Hunc pro puncto, ut aiunt, fixo assumit, ex eoque maiotis minorisque condensationis gradus ac intervalla numerat. Porro, si quo in corpore fluidum electricum aut suscitetur, aut suscitatum alibi introducatur in istud ita, ut vel eadem fluidi massa in volumen minus, vel plus massae in idem volumen cogatur, appellat statum maioris condensationis. Tandem, si quo in corpore fluidum electricum aut suscitetur, aut suscitatum in isto introducatur in aliud ita, ut vel eadem fluidi massa in volumen maius vel minus massae in idem volumen cogatur, appellat statum minoris condensationis. Ex his praefstructis varias, quae totam eius theoriam absolvunt, propositiones, una cum luculentis experimentis, eas extra dubium ponentibus, deducit: quae eo inter se nexu cohaerent, ut nisi omnes una cum experimentis huc transcribantur, nullus in curiosos lectores redundaret usus; intactas itaque eas relinquimus, hoc contenti testimonio: multa in iis nova occurrere, rationem experimentis demonstrandi Auctoris Cl. in eo se maximopere commendare, magnamque theoriae probabilitatem conciliare, quod experimenta non solum luculenter describat, sed distincte ac seorsim notet: 1) apparatus ad quodvis experimentum necessarium, 2) phaenomena quae in quovis se percipienda praebent, 3) ratiocinationes, quarum ope deductus est ad propositiones in theoria propositas, quas ubivis expresse enuntiat. Magno id est indicio, auctorem Cl. accurata mentis lance singula trutinasse; et Lectori accurata horum capitum distinctio ac enumeratio inservit ad discernenda confessa a dubiis, vera a falsis. Et cum in diiudicanda de celebri illa de positiva ac negativa electricitate quaestione eadem arte versetur, neminem pigebit, ea, quae a p. 32. ab A. traduntur, legisse.

Usum

Usum vero Electricitatis Parte II. declaraturus Auctor, ita versatur, ut ex experimentis extra dubium positis, ope ratiociniorum eruat propositiones, quarum quaevis evidenter monstrat, quae phaenomena naturae ab electricitate pendeant. Ut vero lectores luculentius earum vim capiant, non solum ex historiarum monumentis plane admiranda phaenomena descripta proponit; sed et experimenta electrica ingeniose excogitata praescribit, quorum ope accurate omnes eiusmodi relationum, quae olim homines suspensus tenebant, et ad superstitiones varii generis impellebant, circumstantiae, producuntur atque illustrantur. Elegantium harum propositionum, ac novarum, praecipuas hic proferemus, quarum explicationes admodum curiosas si qui desiderent, ex ipsa dissertatione petent. Harum esto: 1) tellus, et atmosphaera telluris, pene perennibus electricitatis vicissitudinibus sibi colluctantur: 2) si quando colluctans atmosphaerae et telluris electricitas, ignes aut sursum evocat, aut deorsum depluit, vehiculo trans atmosphaerae plagas utitur aqueo: 3) verisimile non est, ullam unquam tempestatem a saga concitatum fuisse: 4) nequam deferenda spes est, fore aliquando, ut omnem tempestatibus ignem noxium, (nisi praeter omnem forte modum copiosus conglomeretur,) machinis ad electricitatis regulas rite compositis elidamus; id autem manifesto patet, fulminum cursus artificio derivari de loco in locum posse, caedibusque hominum pecudumque modum poni: 5) cur quaedam fulmina urant, succendantque? alia non urant nec succendant, ratio in traectoria facillima brevissimaque posita est: 6) electrico igne plenissime exhiberi potest admirandus effectus fulminis, quo argentum illaesis oculis fudit; gladium illaesa vagina: 7) Electricitas, ut fulmen, typis describit, atque ferro eadem lege magneticam virtutem tribuit: 8) Electricitas vapores in aerem extollit, in aere suspendit, et ex aere in tellurem depluit: 9) Nivium hexagonae figurae ab electricitate pen-

pendere videntur: 9) In errore sunt, qui captis in planitie pluviarum et nivum cadentium mensuris, tantundem cadere in montibus statuunt: 10) Flumina fontesque nobis de coelo effundit electricitas: 11) Ignis electricus non tantum plantas permeat, sed permeando etiam succum nutritium incitat: 12) Verisimillimum est, ignivomos montes ab electricitate aereo terrestri animari, subterranea fulmina ab electricitate generari, atque ab eadem auroras boreales produci.



NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiae

Calendis Nov. et Dec. Anno MDCCLXV.

I. H. LAMBERT DE UNIVERSALIORI CALCULI
idea, Disquisitio, una cum adnexo Specimine.

§. I.

Ex quo calculi potissimum literalis exemplo patuit, nequaquam ad numeros vel antiquiorum lapillos restrictam esse calculi ideam, verum latius eam patere, longeque esse universaliorē; haud defuerunt, qui de amplianda hac idea, condendaque universaliori calculi definitione cogitarent. In primis hic nominandum esse *Leibnitium*, vel in vulgus notum est. Primus ille de *calculo situs*, de *arte combinatoria maxime universali*, de *characteristica*, de *Specie generali*, mentionem iniecit, atque his terminis ita explicatis, ut ab usu prorsus eximio quid res sit ostenderet, rem ipsam in desideratis posuit, posterisque inveniendam reliquit. At vero ad pauca capita reducuntur, quae hac in re porro peracta sunt. Quodsi enim *Wolffii*, *Bilfingeri*, *Baumgarteni*, aliorumque Leibnitianae philosophiae affectuum scripta evolvas, praeter definitiones, quas nominales vocaveris, variasque positiones usum rei eiusque scopum illustrantes, nil inuenias, quod ad ipsam rei inventionem quidquam faciat. Quinimo fuerunt, qui artem characteristicam in linguis iam introductis, combinatoriam in Syllogistica

Kk k

stica

stica et Logica iam iam notissima extare, neque alibi quaerendam esse, asserere haud dubitarent. Fuerunt quoque, qui calculi ideam, salvo loquendi usu, ultra quantitates earumque affectiones extendi non posse assertum iverunt.

§. II.

Ne vero in exponendis aliorum sententiis prolixior sim, quam fert loci ratio, huiusque scripti scopus, brevibus dicam, quid ego de ista re sentiam. Calculi nomen ego hic non moror. Commune enim hoc est terminis abstractis quibusvis, ut vel ipso usu loquendi, tum metaphorici, cum et universaliores, reddantur. Sic enim de *rationibus reddendis* loquimur, sive de expensis, sive de factis et dictis quaestio occurrat. Sic et phrasae, *subducere calculos, ponere calculos*, sensu utique metaphorico, iis mentis operationibus denotandis infervere videas, quibus ea, quae ad praefinitum finem assequendum faciant, legitimo ratiociniorum nexu colliguntur. Sic et saepissime auctores ea, quae fusius ab iis fuerunt exposita, *in summam colligere*, vel partes tractationis *enumerare*, vel denique errores in ratiociniis admissos *erroribus calculi* equiparare animadvertas. Quodsi ergo inveniatur methodus, rerum qualitates, vel veritates, vel ideas, ea ratione tractandi, qua in Algebra tractari videmus quantitates, utique vel ipsa tractationis similitudo *calculi qualitatum, veritatum, vel idearum*, nomen requiret, saltem huic denominationi neque res ipsa, nec linguae genius refragabitur.

§. III.

Videamus ergo, qua ratione ab ipso calculo arithmetico et algebraico, universalior calculi idea abstrahi possit. Primo quidem abiicienda erit idea *quantitatis*, quippe quae ipsa nimis est specialis. Substituas in eius locum *qualitates, affectiones, res, veritates, ideas*, vel *quaecunque demum tractari, combinari, connecti, sciungi, atque in varias variasque mutari*

tari possint formas, cunctas istas ac singulas facere substitutiones per rem ipsam licet. Singulae enim hae operationes et mutationes, debito servato discrimine, et in ipsas quantitates cadunt.

§. IV.

Porro, quae in calculo arithmetico occurrunt ideas aequalitatis, aequationis, rationis, relationis, proportionis, progressionis, etc. his utique universaliores substituendae veniunt. Quare in locum aequalitatis surrogare conveniet identitatem, in locum aequationis identificationem, si active vox ista sumatur, in locum proportionis analogiam. Et si retineantur voces relatio, progressio, earum significatus, quod ipse loquendi usus suadet, eo usque est extendendus, quo usque inter res, qualitates, affectiones, ideas, vel veritates, quibus accommodandus est calculus, relationes et progressionis concipi poterunt. Hoc vero vel maxime erit notandum, relationes istas ad determinandam calculi formam haud parum conferre, usque potissimum nisi cunctas istas operationes, quas ipsum calculi obiectum admittit.

§. V.

Has vero operationes quod attinet, probe erit dispendendum, an data quavis operatione simplici, qua res vel mutatur, vel formam mutat, alia inveniri possit vel detur operatio, qua vel res, vel forma restitui queat? Hoc enim si fuerit, hanc inde habebis calculi inveniendi praestantiam, ut analysi aequae ac synthesi inserviat. Calculum algebraicum hoc gaudere commodo abunde constat. Ita vero operationes arithmeticas sibi invicem vides oppositas, ut quae vel addendo, vel multiplicando mutantur, subtrahendo vel dividendo restitui possunt.

§. VI.

Quod ipsa denique *signa* vel *characteres* spectat, quos in vicem lapillorum substituas, isti ita vices tenere *rerum*, *relationum*, et *operationum* debent, ut ad eandem demum rei cognitionem pervenias, sive *signa*, sive *rem ipsam tractes*; hoc tamen intercedente, eoque vel maxime notando discrimine, ut dum *signa tractas*, ab ipsa rei *notione animum abstrahere possis*, simul ac initio *calculi signa pro rei ipsius natura rite fuerint posita*. Sic enim in Algebra, quoties ad aequationes perventum est, ab ipsa rei consideratione animum abstrahere licet, et tota quaestio ad resolutionem aequationum reducitur, quae parum abest quin ope machinae absolvi possit.

§. VII.

Quum, uti iam dictum est, et *res*, et *relationes*, atque pendentes inde *operationes*, signis sunt exprimendae, hoc ita erit faciendum, ut quae in *rebus* et *relationibus simplicia* sunt, simplicibus, iisque velut primitivis et radicalibus efferantur signis, quo ipso porro componi, et quae composita sunt eadem ratione iterum decomponi vel resolvi possint, qua res ipsae vel componuntur, vel decomponuntur.

§. VIII.

At vero hic sese nobis offert notabile illud discrimen, quod inter *signa rerum* et *signa relationum* occurrit, quodque et ipsum *calculus rerum* a *calculo relationum* reddit diversissimum. *Calculus rerum*, quem sere *characteristicam* dixeris, maxime specialis, immo et individuus esse potest, ac magna ex parte debet. Contra ea *relationum calculus*, qui cum *arte combinatoria* vel *Speciosa generali* magnam habet affinitatem, vel sua natura universalior est; una quippe eademque relatio, inter res plurimas, et maxime inter se diversas locum habere potest, ut adeo *calculus relationum*, vel hanc ob
caus-

causam, formam rerum et notionum potissimum spectet.

§. IX.

Porro signa, nisi picturas rerum signorum loco esse velis, magna ex parte sunt arbitraria, ipsisque rebus parum similia. Quare cum et ipsa signa composita, rem, quam denotant, vel nulla intercedente cum re similitudine indicent, patet, rem ipsam per *relationes*, quas signa exhibent, detegendam, vel per ipsas *operationes*, quae relationibus istis indicantur, iisque nituntur, eruendam vel efficiendam esse. Quo vero et haec exemplo calculi numerici et algebraici clariora reddantur, notabo cyphras vel signa numerica ordine naturali in Systemate numerico 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, etc. disposita, hic mihi esse signa rerum, res enim hic sunt multipla quaelibet unitatis. Contra ea signa + — . : r = > < quibus in Algebra utimur, signa sunt relationum et operationum. Quodsi ergo scribatur

$$3 + 5 = 6 + 2$$

relatio quaedam inter numeros 3, 5, 6, 2 exprimitur, simulque operatio indicatur, qua veram esse hanc relationem colligere possis, quippe 8 prodit, sive 3 et 5, sive 6 et 2, in summam colligas. Quoniam vero in Algebra universaliores plerumque computantur quantitatum relationes, hinc factum est, ut in locum numerorum, quibus in regula falsae positionis usi sunt antiquiores Arithmetici, literae, seu signa quaevis alia, quantitates quascunque denotantia, fuerint substituta.

§. X

Que haecenus dicta sunt calculi formam spectant ac indolem, praecipuaque ipsius complectuntur requisita; atque his ipsis calculi definitio mere nominalis superflua red-
ditur, quippe ea, quae rem ipsam ingrediuntur, eamque to-
tam

tam constituunt, vides enumerata. Quoniam vero hic potissimum de *calculo qualitatum* praefari propositum est, de *qualitatibus* adhuc quaedam erunt dicenda, hocque vel eo magis, quod dubium est, an ulla rerum qualitas, strictius sumto hoc vocabulo, nobis vere sit nota?

§. XI.

Qualitas, utcumque sumatur haec vox, opponitur *quantitati*: differt a *meris relationibus*, atque seiungitur saltem cogitatione ab ipsa re partibusque rei, cui, sub forma qualitatis, qualitas inest vel inhaeret. Consequens hinc est, *qualitatem esse attributum quodvis simplex, rei ipsiusve partibus inherens*. Etenim attributum quodvis compositum, eiusque compositio, absque intercedentibus partium componentium relationibus, cogitari nequit. Quodsi vero ab istis relationibus abstrahas, eo ipso compositi attributi vincula et veluti ligamenta solvis et tollis, ut mera relinquuntur attributa simplicia, dissociata, atque quaevis per se et independentem a reliquis spectabilia. Quod si porro res ipsa sit substantia composita, neque ipsae eius *partes* qualitatum nomine veniunt. Sic enim v. gr. ab usu loquendi vel toto caelo aberabis, dicendo, caput vel brachium esse *qualitatem* hominis; *partem* esse, quilibet concedet. Eadem ratione ne minima quidem particula substantiae compositae inter substantiae qualitates refertur.

§. XII.

Hinc ergo quaelibet res, reique pars in se spectata, *qualitates* offert; cum aliis vel rebus, vel partibus comparata, coniuncta, connexa, *relations*. Quoniam porro res externae nobis non alia ratione innotescunt, quam ope impressionis, quam vel immediate, vel adiuvante medio interposito, in organa sensoria faciunt, utique hac ratione plures *relationes externae* sese conceptui ipsarum qualitatum im-

immiscent. Ita enim antiquioribus temporibus colores corporum, inter eorum qualitates veras, id est internas, referre nemo dubitavit. Colores tamen corporibus haud inesse, verum meris luminis modificationibus constare, exactiores recentiorum Physicorum disquisitiones et experimenta docuerunt. Adesse tamen in corporibus, horumque particulis, eam qualitatem, qua posita possibilis sit luminis colorati reflexio, nullo modo dubium esse potest. At vero quaenam reapse sit ista qualitas, quove nomine ea sit compellanda, altioris utique est indaginis. Simili modo plurimas alias rerum affectiones, qualitatum speciem mentientes, nequaquam meras vel puras qualitates, verum vel partes, vel relationes, vel utrasque una cum qualitatibus et quantitibus permixtas atque confusas esse, deprehendes.

§. XIII.

Quae quum ita se habeant, hanc ipsam ob difficultatem, veras ac puras, easque simplices rerum qualitates, a reliquis earum iisque complexis affectionibus internoscendi, iam inde ab antiquissimis retro temporibus qualitatum nomen laxiori significato sumi coepit. At vero, admissio hoc significato minus stricto, quid qualitas generatim denotet, definiri vix potest. Opponitur quidem adhucdum quantitati, et partibus rei, et relationibus externis per se manifestis. Contra ea ipsa qualitatis simplicitas, quatenus in dato quovis casu, minus nota, minusque evidens est, perinde habetur. Porro eas affectiones, quae uti colores, rebus quidem ipsis non insunt, inesse tamen atque constanter ipsis inesse videntur, plerumque, et communi loquendi usu, qualitates habentur. Magno tamen id fieri cognitionis scientificae detrimento, hi facile largientur, quibus, acriori instituto examine, ad veras internasque rerum qualitates penetrare curae cordique est.

§. XIV.

§. XIV.

His ita praenotatis, videamus, an in symbolica rerum expositione quidquam occurrat, unde, quibusnam nominibus ipsae rerum qualitates insigniuntur, colligi queat? Duplex vero hic sese nobis sistit examen suscipiendum. Etenim dispiciendum erit de ea verborum classe, quae qualitatibus denominandis propria dicenda est. Porro videndum, qua ratione efferatur tum modus quo qualitas rei inhaeret, cum et iste modus, quo plures qualitates, eaeque vel maxime simplices, cum eidem subiecto una simulque insunt, invicem sunt coniuncta, ut etsi singulae per totum subiectum, vel totam eius partem quasi diffundantur, attamen nequaquam confundantur, nec in unam coalescant, quae qualitatis simplicis speciem prae se ferat, fucumque faciat.

§. XV.

At vero in linguis, quae actu dantur, mirum in modum hic omnia reperiuntur confusa. Classis verborum, quae qualitates sub forma qualitatum sistat, adiectivorum classis esse deberet. Nequaquam tamen cuncta adiectiva qualitates designare deprehenduntur. Porro et inter Substantiva plurima occurrunt, quae non ipsas substantias, verum earum qualitates, quantitates, relationes, actiones, passiones, situs, habitus, vel modos designant. Hanc vero ipsam ob causam difficilius dignoscitur, vel ad unam eandemque universalem normam revocatur modus ille, quo relatio inter qualitatem et subiectum, cui inhaeret, exprimitur. Quae quum ita sint, ad ipsas res ideasque maxime simplices erit attendendum.

§. XVI.

Sumamus itaque voculam *est*, quam in logicis copulam propositionum maxime universalem esse docemur.
Hac

Hac vero voce denotari posse modum, quo qualitas subiecto suo inhaeret, evidens est. Sit ergo propositio

A est B

atque *A* ponatur esse substantivum, *B* vero adiectivum, *B* plerumque, latiori licet sensu, qualitatem denotabit. Quod si vero et *B* sit substantivum, tunc vel est nomen genericum qualitatum quarundam complexum denotans, vel erit aliud quodvis substantivum abstractum, qualitates, vel relationes, vel earum complexum denotans. Exempli loco sunt positiones sequentes:

I°. *Lapis est gravis, durus, extensus, friabilis etc.*

II°. *Cerasus est arbor, planta, creatura etc.*

III°. *Virtus est habitus, ornamentum, decus, praemium etc.*

Contra ea praedicatum *B*, retenta copula *est*, neque pars esse subiecti *A*, neque partis attributum esse potest. Sic enim positiones

Homo est corpus, pes, oculus, vena etc.

nisi metaphorico sensu accipiantur haec praedicata, ab usu loquendi alienissimae sunt. Sic et nemo sanus hominem caeruleum esse dicet, propterea quod color icidis in eius oculo caeruleus est.

§. XVII.

Eam itaque esse videmus copulae *est* naturam atque indolem, ut adhiberi nequeat, nisi praedicatum *B* totum subiectum *A* concernat, ipsique toti inhaereat. Dandum quidem hoc est consuetudini et usui loquendi, ut saepius a potiori fiat denominatio. Sic enim *hominem quendam prudentem, doctum, virtuosum esse* audies, etsi haec praedicata in corpus humanum, eiusque varias partes, haud cadant.

Sic et *horologium aurum esse* dicitur, etsi vix receptaculum, vel capsula cui includitur, aurea sit. At vero, etsi hoc dandum est vulgari loquendi consuetudini, attamen cunctae istae anomaliae, a summo illo rigore, summaque cura, qua singula prosequi atque exponere debet philosophus, multum abluunt. Praeterea eiusmodi dantur casus haud pauci, quibus quaestio ea, an praedicatum toti conveniat subiecto nec ne, maximi momenti res est. Sic enim v. gr. idealista hominem mere animam esse, materialista mere esse corpus, contendet.

§. XVIII.

Cum itaque philosophus, vitandae confusionis, vitandaeque erroris ergo, totus in hoc esse debeat, ut quae subiecto cuius *A* tribuit praedicata *B*, toti ea subiecto inhaerere probe sciat. Eadem in dirimendis rerum partiumque discrimen solertia aliud insuper post se trahit commodum, hoc ipso quippe ad mathematicam rerum cognitionem, quae communi consensu summa cognitionis perfectio, summumque fastigium est, viam aperit atque sternit. Ponas enim in propositione

A est B

praedicatum esse maxime simplex, idemque toti subiecto uniformiter inhaerere, aderit utique ea subiecti homogeneitas, qua deficiente de mathematica rei cognitione ne cogitari quidem potest. Ponas v. gr. *aurum esse grave, extensum, ductile etc.* singula haec praedicata in aurum, singulasque eius partes, cadunt uniformiter. Hoc ipso vero fit, ut volumen auri cum pondere, eiusque massam cum longitudine sibi datae crassitiei comparare, cunctaque ad calculum numericum revocare possis. Eandem ob causam vix mireris, geometriam ab antiquissimis temporibus iam fuisse excultam, cum fere nullum detur ens per omnes partes
adeo

adeo absolute homogeneous, quale spatium, scientiae istius obiectum, esse deprehenditur.

§. XIX.

Contra ea, quoties heterogeneis partibus constat subiectum, vix ullum dabitur praedicatum singulis istis partibus aequae eademque prorsus ratione conveniens. Quare hisce casibus confusionem tollere per omnia non datur, nisi ea, quae cuique parti, partiumque nexui, seorsim tribuenda sunt, seorsim discutiantur. Quod nisi fiat, philosophica rei cognitio confusa, mathematica vero vel erronea, vel nulla est. Hac itaque ratione utraque haec cognitio pari ambulat passu.

§. XX.

Quod si in uno eodemque subiecto maxime homogeneo plures spectentur qualitates invicem ita coniunctae, ut una eademque idea vel nomine comprehendantur, tunc gradus totius complexus maior vel minor fit, quaecumque istarum qualitatum gradum intendat vel remittat. Ita v. gr. in mobili quantitatem motus auctam vides, sive massa, sive celeritas augeatur. Sic et vim eius maiorem deprehendes, si una cum massa et celeritate duritiem vel elasticitatis gradum augeri ponas. Quoniam itaque gradus totius complexus eo maior est, quo maius est factum ex gradibus singularum qualitatum invicem coniunctarum: patet, haud abs re esse, si singulae istae qualitates signo multiplicationis invicem coniungantur, id est, si signa, uti hoc fit in Algebra, iuxta se ponantur. Id ipsum vero vel in ipsis linguis fieri, cum qualitates adiectivis plerumque exponantur; quorum comparativi gradus exprimunt maiores, superlativi maximos, vel sua sponte liquet. Ponamus v. gr. dari *perfectionis* speciem quandam, quam *p* dicemus, quaeque consistat *vario consensu partium*, hanc *perfectionem esse varium consensum* haud invito linguae genio dixeris, atque scribendo

$$p = v e$$

una eademque opera, et *aequationem*, et *identitatem* scribes. Etenim ipsa res subiecta, nempe *perfectio p*, *idem* dicit ac *varius consensus*. At insuper gradus huius perfectionis *aequatur* factio ex gradu varietatis et consensus.

§. XXI.

Notandum tamen, *aequationem* et *identitatem* istam haud semper ubivis esse aequae coniunctam, verum identitatem quodammodo latius patere, cum dentur qualitates gradum non admittentes. Sic v. gr. in exemplo allato ipse *consensus*, si intensitatem spectes, gradus unitate saltem maiores non admittit, ut adeo ex numero partium consentientium sit aestimandus. Sic et si *similitudinem* ad *identitatem* notarum vel *attributorum* revoces, ipsa *identitas* gradus non admittit, ut adeo ex numero, magnitudine et momento, vel praestantia attributorum, similitudinis gradus aestimare oporteat.

§. XXII.

Porro et hanc ob causam in designandis rebus latius patet identitatis usus, quod ipsum signum, quo denotatur subiectum partibus pluribus maximeque heterogeneis compositum, identificari cum signis illis potest, quibus singulae partes, earumque nexus denotantur, ita ut ipsa designatio realem, eamque completam subiecti definitionem sistat, atque velut ob oculos ponat. His vero casibus, quo partes partibus iunctae sunt, ipsa partium coniunctio non modo *additionis* ideam speciemque quandam nobis offert, verum et ipsum *modum*, quo partes partibus adduntur, una complectitur, ut adeo duplici ratione ab additione mere arithmetica differat ista additio. Etenim, quae arithmetica est additio, partium addendarum certam quandam homogeneitatem supponit, atque modum coniunctionis perinde habet.

bet. Quodsi ergo signis exprimenda sit partium coniunctio, aut pro quavis coniunctionis specie peculiare signum erit assumendum, aut si coniunctionem quamlibet, generatim additionis signo + denotes, ipsum coniunctionis modum, instar determinationis, ipsi signo, quo pars coniuncta exprimitur, adiacere convenit. Simili, sed opposita ratione, partium seiunctionem et demtionem generatim signo subtractionis — denotari posse, vel sua sponte liquet.

§. XXIII.

His generatim praestructis, videamus, qua ratione qualitarum calculus, quatenus logicus est, formamque spectat, instrui possit. Tota quidem res, quod facile patet, ad identificationem propositionum, vel, ut rectius loquar, ipsarum idearum reducitur, quae in qualibet propositione subiectum atque praedicatum esse ponuntur. Quem in finem identitatem, ut supra iam factum est, signo =, ipsas vero ideas alphabeti literis denotabimus.

§. XXIV.

Ipsa autem identificatio nullum facessit negotium, quod si propositio designanda iam per se fuerit identica, sive universaliter converti possit. Ita enim v. gr. propositio

Triangulum est figura trilatera

cum identica sit, vel sua sponte identitatem praebet

$$T = f t$$

§. XXV.

Contra ea, si propositio universaliter quidem sit affirmans, universaliter tamen converti nequeat, id indicat, quod plura contineri in idea subiecti, quam in idea praedicati, ut adeo, quo ad identitatem reducatur propositio, praedicato ad-

iiciendus sit totus ille determinationum complexus, quae praeter ipsum praedicatum in subiecto continentur. Iste vero determinationum complexus, brevitatis ergo, unica indicetur alphabeti litera, ipsi literae, qua praedicatum effertur, adicienda. Atque facile patet, specialem eius significatum, in dato quovis casus quoties opus fuerit, ex ipsa subiecti idea, eiusque cum praedicato comparatione, esse determinandum. Detur v. gr. propositio

$$T \text{ est } f$$

cuius subiectum, praeter determinationem f , alias insuper complectatur, haec vel hanc ipsam ob causam atque sub forma propositionis scribi poterit

$$T > f$$

Quodsi vero ad identitatem sit reducenda, praedicato f adiciatur litera t , reliquas ipsius T determinationes complectens, atque habebitur identitas

$$T = ft$$

quae, quid sibi velit, exemplo trianguli ante allato facile illustratur.

§. XXVI.

Notari porro convenit, hoc identificandi modo retineri ideam subiecti; etsi hoc non absolute sit necessarium, cum ad identitatem perveniri aequè possit, si ipsi subiecto cunctae illae determinationes demantur, quas praedicato adiciendas esse diximus. Quodsi vero hac ratione priori prorsus opposita procedere velis, identitas sequenti ratione erit designanda

$$T : t = f$$

sive etiam

$$\frac{T}{t} = f$$

Deni-

Denique et hoc notabimus, scribendo

$$T > f$$

signum $>$ non modo universalitatem ideae T , verum et particularitatem ideae f indicare, ut adeo hic signandi modus, una eademque opera utramque positionem

$$\begin{aligned} \text{omne } T \text{ est } f \\ \text{quoddam } f \text{ est } T \end{aligned}$$

ob oculos ponat.

§. XXVII.

Quoniam vero praeter istas propositiones particulariter affirmantes, quae si convertantur universales evadunt, aliae insuper dantur, quae utroque modo mere particulares sunt; videndum est, qua ratione et haec designari atque ad identitatem reduci possint. Quod ad prius attinet, huiusmodi positiones sic scribantur, ut in vicem signi $>$, quod ob universalitatem, quam denotat, hic uti non licet, substituatursignum ∞ , ita ut utraque positio

$$\begin{aligned} \text{Quaedam } A \text{ sunt } B \\ \text{Quaedam } B \text{ sunt } A \end{aligned}$$

una eademque opera notetur

$$A \infty B$$

Quoniam porro particularitas harum positionum inde est, quod neque tota idea B contineatur in idea A , nec tota idea A in idea B , consequens est, utrique ideae eas adiciendas esse determinationes, quibus altera cum altera identificetur, ita ut, ponendo

$$m A = n B$$

utra

utraque habeatur positio universaliter affirmans

$$m A > B$$

$$n B > A$$

Ponas v. gr. esse

$$A = \text{triangulum acutangulum}$$

$$B = \text{triangulum scalenum}$$

neutra harum idearum tota in altera continetur, ut adeo quaedam tantum A esse B , et quaedam tantum B esse A , recte affirmetur. Quodsi vero *triangulum acutangulum, scalenum* quoque esse debeat, adicienda erit determinatio m , quae est *inaequalitas angulorum*. Simili porro ratione, si *triangulum scalenum acutangulum* esse debeat, adicienda erit determinatio n , quae *quadratum maioris lateris minus esse debere* requirit ac est *summa quadratorum utriusque lateris minoris*.

§. XXVIII

Propositionum universaliter, id est simpliciter negantium, ea est indoles, ut in subiecto A contineantur determinationes p , quae non insunt ipsi praedicato B , et vicissim praedicatum B contineat determinationes q , quae non insunt ipsi subiecto A . Quodsi ergo ipsi A demantur determinationes p , et ipsi B determinationes q , patet, sic deveniri ad identitatem

$$\frac{A}{p} = \frac{B}{q}$$

vel

$$A : p = B : q$$

Posterior hic signandi modus formalem offert *analogiam*, atque ponendo

$$A : B = p : q$$

A sese habebit ad B , uti se habet p ad q , sive, quod idem dicitur,

cit. *A* differt a *B*, uti *p* a *q*. Etenim duae res vel ideae quaecunque sunt inter se in ratione diversitatum. Denique si omittatur vel *p* vel *q*, utramque habebis positionem universaliter affirmantem

$$\begin{aligned} A > B : q \\ B > A : p \end{aligned}$$

Etenim *B : q* illas ipsius *B* determinationes, easque solas denotat, quae ipsi *A* insunt, atque vicissim *A : p* nonnisi eas determinationes ipsius *A* exhibet, quae et ipsi *B* insunt; ut adeo nullum sit dubium, quin *B : q* de *A*, et *A : p* de *B* universaliter affirmari possit. Addamus exemplum ponendo

$$\begin{aligned} A &= \text{theorem} = \text{propositio demonstrabilis} \\ B &= \text{problema} = \text{quaestio demonstrabilis} \end{aligned}$$

atque casum habemus positionis universaliter negantis,

$$\text{nullum theorem est problema.}$$

patetque simul esse

$$\begin{aligned} p &= \text{propositio} \\ q &= \text{quaestio} \end{aligned}$$

atque fieri

$$\frac{A}{p} = \frac{B}{q} = \text{demonstrabilis}$$

$$\text{five } A : p = B : q$$

$$\text{five } A : B = p : q$$

ist est, *theorem se habere ad problema uti se habet propositio ad quaestionem*; denique esse

$$\begin{aligned} A > B : q \\ B > A : p \end{aligned}$$

M m m

five

sive, omne theorema omneque problema esse demonstrabile, et vicissim, quaedam demonstrabilia esse theorema vel problema etc.

§. XXIX.

Superfunt positiones particulariter negantes. Hae vero, adiectis ipsi subiecto debitis determinationibus, facile redduntur universaliter negantes, ut adeo, quo ad identitatem reducantur, sic efferenda veniant

$$\frac{mA}{P} = \frac{B}{q}$$

quo signandi modo una eademque opera indicantur positiones

quoddam A non est B

nullum mA est B, et nullum B est mA

omne mA est B : q

omne B est mA : p

Notandum tamen, plerumque id evenire ut sit $m = p$. Quoniam enim nonnisi quaedam A non sunt B, patet, rationem ipsius negationis non in idea generali A, verum in adiecta determinatione m esse quaerendam, ut adeo propositio

nullum mA est B

ideo vera sit, quod ipsi subiecto mA inest determinatio m. Hanc vero determinationem demendam esse, si quidem ipsam propositionem ad identitatem reducere velis, ex praecedente § liquet. Sic v. gr. si fuerit ut in §. 27.

A = triangulum acutangulum

B = triangulum scalenum

utique

quoddam A non erit B

At

At iam illa A , quae non sunt B , adiecta determinatione fiat $= m A$, atque per m intelligenda erit *aequalitas duorum vel omnium trianguli angulorum*. Cum ergo ipsa haec *aequalitas* impedimento sit, quo minus triangulum possit esse *scalenum*, consequens est, eam iterum esse demendam, quo ipso fiat $m = p$, atque simpliciter erit

$$\frac{m A}{p} = \text{triangulum.}$$

Quoniam vero iam et ipsi B demenda est *inaequalitas* laterum, quo cum $m A : p$ identificari possit, consequens est, posita ista *inaequalitate* $= q$, fore

$$\frac{m A}{p} = \frac{B}{q}$$

En ergo, qua ratione, via maxime naturali, singulae propositionum species ad identitatem perducuntur. Addamus adhuc quaedam de *analogiis*.

§. XXX.

Quodsi in genere se habeat A ad B , uti C se habet ad D , iste quatuor idearum vel rerum respectus, istaque relationum identitas, *analogia* vocari commode poterit, atque ita notanda venit, ut scribatur

$$A : B = C : D$$

Hinc quoque erit

$$A : C = B : D$$

Quaeritur iam, qua ratione, datis tribus terminis A , C , B , quartus D ex istis inveniri possit? Hunc in finem fiat, haud secus ac in Algebra,

$$D = \frac{CB}{A}$$

M m m 2

atque

atque hinc consequens est, in utraque idea CB coniuncta contineri totam ideam A , quae si dematur, relinquetur idea quaesita D . Quo haec dicta exemplo faciliori illustrentur, ponamus, *theoremata se habere ad problema uti se habet axioma ad quartam quandam rem vel ideam, quam x vocabimus.* Erit retentis brevitatis ergo vocum literis initialibus

$$T : P = A : x$$

$$x = \frac{PA}{T}$$

Quae formula operationes indicat cum ipsis ideis P, A, T suscipiendas, quo inde detegatur x . Evoluendae nimirum sunt istae ideae, atque in determinationes vel notas simpliciores sunt resolvendae. Quod si fiat, habebitur

$$P = \text{quaestio demonstrabilis} = qd$$

$$A = \text{propositio indemonstrabilis} = pi$$

$$T = \text{propositio demonstrabilis} = pd$$

Quare facta substitutione erit

$$x = \frac{PA}{T} = \frac{qdpi}{pd}$$

sive reductione facta, uti fit in algebra, sublati nempe d, p , habetur

$$x = qi = \text{quaestio indemonstrabilis} = \text{postulatum.}$$

Optandum tunc esset, ut *resolutio cuiusvis ideae in notas suas simplices* calculo absolvi posset. Problema vero hoc problemati arithmetico, de *resolvendo quovis numero non primo in factores quos habet simplices vel primos*, cum ratione usus, tum et ratione ipsius difficultatis, admodum simile esse facile patet.

§. XXXI.

Quoniam, uti vidimus, posita analogia

$$A : B = C : D$$

idea

idea A in utraque media BC coniuncta, tota contineri debet, hinc facile deducitur criterium cognoscendi, *an datae tres ideae quaecunque tres analogiae termini constitui possint?* Quod si enim earum quaelibet in utraque altera iunctura sumpta non contineatur tota, analogia locum habere nequit. Sin vero contineatur, analogia locum habebit, si ista idea, quae in utraque altera tota continetur, primus analogiae terminus constituitur.

§. XXXII.

Videamus iam, qua ratione ea, quam supra docuimus, propositionum identificatio, cum admodum sit naturalis, in syllogismorum doctrina adhiberi possit? Hunc in finem sumamus propositionum formam maxime generalem et indeterminatam, sitque in genere

universaliter affirmans $A = n B$

particulariter affirmans $m A = n B$

universaliter negans $A : p = B : q$

particulariter negans $m A : p = B : q$

atque propositio quaecunque generalissime fiet

$$\frac{m A}{p} = \frac{n B}{q}$$

qua uti poterimus, sive A sive B ponatur esse subiectum. His ita positis, concipiantur duae positiones terminum communem habentes

$$\frac{m A}{p} = \frac{n B}{q}$$

$$\frac{r A}{s} = \frac{v C}{t}$$

M m m 3

atque

atque haud secus ac fit in algebra hinc elicietur formula

$$\frac{mvC}{p\epsilon} = \frac{\mu n B}{\pi q}$$

cuiuscunque syllogismi conclusionem exhibens.

§. XXXIII.

Quoniam vero in logica Syllogismorum theoria non nisi *forma* praemissarum spectatur, nulla habita *materiae* ratione, consequens est, conclusionem independentem a significato, quem in quovis casu alium aliumque habere possunt determinationes *m, n, p, q, μ, ν, π, ε*, esse spectandam; etsi, quod facile patet, longe plures atque praestantiores eruerentur conclusiones, una cum variis analogiis, si quovis casu datae essent, vel facili methodo inveniri possent istae determinationes. Ipse vero harum determinationum significatus, quatenus *formam* positionum spectat, utique est retinendus, quippe determinandae formae conclusionis inservire debet. Quem in finem regulae quaedam, usum earum concernentes, praestruendae sunt.

§. XXXIV.

Primo quidem vel hoc monuisse sufficiat, notatis in quovis casu praemissis, secundum datam ipsarum formam, cunctas istas determinationes in praemissis non occurrere, etsi semper saltem duae occurrant.

§. XXXV.

Porro, vel ex ipsa notatione patet, determinationes *m, n, μ, ν*, *particularitatem* involvere, cum quovis casu, ad obtinendam identitatem et universalitatem, necessario requirantur.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Quoniam porro A sumitur esse medius terminus, consequens est, determinationes m, μ ipsi in formula generali adiecta, nunquam una adesse posse. Etenim, nisi dato quodam casu sit $m = \mu$, quod quidem ex forma positionum colligi nequit, ponendum est, m aliam ipsius A involuere particularitatem, ac involuit μ , proinde comparationem terminorum, cum quatuor sint, institui posse plane nullam.

§. XXXVII.

Eandem ob causam determinationes istae p, q , una cum determinationibus π, ξ , simul occurrere nequeunt. Etenim, nisi fuerit quodam casu $p = \pi$, non unum eundemque habebis medium terminum A , verum duos, eosque diversos, $A : p$ et $A : \pi$, omnem terminorum comparationem respuentes. Ceterum p, q vel π, ξ semper simul occurrere, ex ipsa positionum notatione liquet.

§. XXXVIII.

Hac ergo ratione syllogismorum enumeratio ad meram literarum $m, n, p, q, \mu, \nu, \pi, \xi$ combinationem reducitur.

I°. Sint praemissae affirmantes, exulabunt p, q, π, ξ , quippe negationem involuentes. Haud una aderunt n, μ , quippe terminorum quaternionem involvunt. (§. 36.) Denique m, n, μ, ν , itemque m, n, μ, ν solae non adiunt (§. 34. 31). Quare ex singulis literarum m, n, μ, ν combinationibus

| | | | |
|-------|-----------|---------|-------------|
| m | n | $m \mu$ | $m n \mu$ |
| n | μ | $m \nu$ | $m n \nu$ |
| μ | ν | $n \mu$ | $n \mu \nu$ |
| ν | μ | $n \nu$ | $n \mu \nu$ |
| μ | ν | | |
| | $\mu \nu$ | | |

tantum

tantum retinentur asterisco notatae, quae sunt

$$\begin{array}{l|l} m & mnv \\ n & nmv \\ v & \end{array}$$

II°. Si adsit praemissa negans, aderit vel $p q$, vel $\pi \rho$. Ponamus, adesse $p q$, atque in eadem positione vel solae adsunt, vel una adest m vel n . In altera vero positione cum absit $\pi \rho$, aderit vel μ , vel ν , vel $\mu \nu$. Hinc combinationes

$$\begin{array}{l|l|l} pq\mu & pqm\mu^* & pqn\mu \\ pq\nu & pqm\nu & pqn\nu \\ pq\mu\nu & pqm\mu\nu^* & pqn\mu\nu \end{array}$$

Ex his excluduntur asterisco notatae

$$\begin{array}{l} pqm\mu \\ pqm\mu\nu \end{array}$$

quippe $m\mu$ excluditur (§. 36.): reliquae, servata regula §. 35, atque perinde habito praemissarum ordine, admittuntur.

III°. Simili ratione, si loco ipsarum $p q$, retineantur $\pi \rho$, atque literis latinis cum graecis permutatis, admittentur insuper

$$\begin{array}{l|l|l} \pi \rho m & \pi \rho \mu n & \pi \rho \nu m \\ \pi \rho n & & \pi \rho \nu n \\ \pi \rho m n & & \pi \rho \nu m n \end{array}$$

§. XXXIX.

Retentis ergo istis combinationibus, quas admitti posse diximus, qualiscunque demum eruitur ex datis praemissis conclusio. Etenim, in hac enumeratione perinde habuimus praemissarum ordinem, mediique termini dispositionem. Hoc unum tamen vel maxime notandum, particularitatem medii termini, cum non nisi semel admittatur ipsi conclusioni particularitatem non inferre, adeoque literam m vel

vel μ ubivis in conclusione occurrat perinde haberi posse. Ponas enim, in alterutra praemissarum dari $m A$, in altera A ; quoniam A continetur in $m A$, erit A fundamentum comparationis, atque reapse uterque terminus extremus B . C eidem termino medio A comparatur, ut adeo singulis his casibus determinatio m , in conclusione eiusque forma determinanda, aequè perinde habeatur ac si abesset. Idem sentiendum est de determinatione μ , quoties haec occurrat. Contra ea determinationes n, v , ubivis occurrunt, cum ipsis terminis extremis particularitatem inferant, et in conclusione ipsos hos terminos retinent, signo particularitatis affectos. Omitti vero posse particularitatem praedicati affirmantis, nisi individua enumerare velis, facile patet. Quod si enim dicas

quaedam C sunt quaedam B ,

absque ullo negotio eadem C esse B inde colliges. Secus est si propositio fuerit negans. Etenim ex propositione

quaedam C non sunt quaedam B

nihil insuper colligere licet, cum huiuscemodi propositio locum habere possit, etiamsi C, B , sint ideae prorsus identicae. Nil enim impedit quominus dicas, *quosdam homines non esse quosdam homines*, haec quippe enuntiatio idem fere dicit ac *maximam esse inter homines et homines differentiam, sive omnes homines uno eodemque modulo metiri absonum esse*.

§. XL.

Consequens hinc est, ex combinationibus antea erutis, fere omit: posse $p q n v, p q n v \mu, p e n v, p e n v \mu$. Quonia enim hisce casibus $n v$ simul occurrit, atque conclusio negativa sit, conclusio nil dicit praeter quam quod

quoddam C non est quoddam B .

N u n

H is

His vero casibus omissis, in reliquis conclusionum negantium casibus, terminorum extremorum vel uterque, vel alteruter universalis est, atque in genere qui universalis est terminus, conclusionis affirmantis fiet subiectum, negantis praedicatum, si quidem eam inferre volueris conclusionem, quae reliquis praestet, plurimumque dicat.

§. XLI.

Addamus quaedam exempla

I. Quoddam A est B $m A = n B$
 nullum C est A $C : \rho = A : \pi$
 $m C : \rho = n B : \pi$

m perinde habetur (§. 39.) hinc C universalis
 ρ π negationem postulant
 n terminum B reddit particularem,
 unde conclusio (§. 40.)
 Quoddam B non est C .

II. Ponatur

Quoddam A est B $m A = n B$
 omne A est C $A = \nu C$
 $m \nu C = n B$

m perinde habetur
 ν , n particularitatem involvunt,
 unde conclusio utraque
 quoddam C est B
 quoddam B est C

III. Ponatur

$$\begin{array}{l} \text{omne } B \text{ est } A \\ \text{nullum } A \text{ est } C \end{array} \quad \begin{array}{l} B = m A \\ \frac{A : \pi = C : \epsilon}{B : \pi = m C : \epsilon} \end{array}$$

m perinde habetur
 π, ϵ negant
 particularitas nulla, cum n, v , desint,
 unde conclusio utraque
 nullum B est C
 nullum C est B

IV. Ponatur

$$\begin{array}{l} \text{omne } B \text{ est } A \\ \text{omne } C \text{ est } A \end{array} \quad \begin{array}{l} B = m A \\ \frac{C = \mu A}{\mu B = m C} \end{array}$$

ob medium bis particularem, conclusio nulla.

V. Ponatur

$$\begin{array}{l} \text{Quoddam } B \text{ non est } A \\ \text{omne } A \text{ est } C \end{array} \quad \begin{array}{l} \frac{n B = A}{\frac{q}{A} = \frac{p}{C}} \\ \frac{n B : q = v C : p} \end{array}$$

ob $n v$ particularitatem, $q p$ negationem involuentes,
 conclusio floccipendenda

Quoddam B non est quoddam C .

VI. Sit

$$\begin{array}{l} \text{omne } A \text{ est } B \\ \text{omne } C \text{ est } A \end{array} \quad \begin{array}{l} A = n B \\ \frac{C = \mu A}{C = \mu n B} \end{array}$$

Nun a

Con-

Conclusio optima
 omne *C* est *B*
 quae minus dicit
 quoddam *B* est *C*.

§. XLII.

Hactenus dicta (§. 31. seqq.) condendae quidem syllogismorum theoriae eo modo inserviunt, quo exposita sunt. Etenim independenter ab identitatibus, quibus usus sumus, utique brevius exponi potuissent. Praeterea haud inficiandum est, fictionem quandam heuristica esse adhibitam, qua determinationes *m, n, μ, ν, ideis A, B, C* ita adiectae, atque determinationes *p, q, ρ, π* iisdem ideis *A, B, C* ita demtae sunt, quasi hae ideae singulis quibusvis casibus essent ideae rerum omnino homogenearum. Hoc vero cum dici non possit, consequens est, adiectiones et demtiones istas nequaquam eo rigore esse sumendas, quo ipsas in superioribus (§. 17. seqq.) sumimus, aliosque ob fines sumendas esse diximus. Nihilominus tamen et in ipsa syllogismorum doctrina et designatione, curatius rem omnem perscrutaberis, si eandem hanc singula discutiendi solertiam adhibeas. Ponas enim v. gr. syllogismum.

Quicquid aureum est est pretiosum
 Hoc horologium est aureum
 Ergo hoc horologium est pretiosum.

Hic propositio minor eadem est, quam supra curatius exponendam esse diximus (§. 17.) Unde utique et ipsa conclusio, quantumvis vera sit, confusa est. Horologium enim non modo ob aurum, verum et ob ipsam machinae fabricam et praestantiam pretiosum esse dicitur. Quoniam porro in logica syllogismorum theoria ad formam tantum attenditur, facile patet, in eruenda propositi syllogismi

gismi conclusione propositionem minorem ita spectari, ac si totum horologium non modo aureum, verum cruda auri massa esset; quod quidem, si ad rem ipsam attendas, secus se habere, atque pretium horologii alia insuper ratione aestimandum esse, deprehendes.

XLIII.

Ex dictis porro liquet, totam syllogisticam nisi aliud esse quam compendium vel methodum, qua praetergrediendo peculiariter in quovis casu determinationum $m, n, p, q, r, v, \pi, \epsilon$ significatum, ex datis praemissis qualibuscunque, atque ob defectum identitatis admodum mancis, qualiscunque demum eruatur conclusio. Patetque porro, illum ipsum identitatis in utraque praemissa defectum, dum elicitur conclusio, velut in summam colligi, ipsique conclusioni tribui, atque inde natam esse illam syllogisticam regulam, quae conclusionem partem debiliorem sequi iubet. Denique haud minus evidens est, ad maiorem syllogisticam, ut et calculi qualitatatum perfectionem, facilem eamque methodicam requiri determinationum istarum in quovis casu inventionem. Hanc vero a Leibnitiana illa characteristica universalis esse expectandam, vel intellecto termino liquet. Artem autem hanc pedetentim ac veluti per partes inventum iri, atque vix aliter inveniri posse, ex infinita rerum designandarum multiplicitate, aequae ac ex partibus iam iam inventis, mea quidem sententia recte colligitur.

§. XLIV.

Videamus iam, quid obtineat, si proponantur res partibus pluribus iisque heterogeneis constantes? Quem in finem, atque a simplicioribus inchoando, ponatur res C , quae constet partibus A, B , atque ipse coniunctionis modus indicetur litera m ipsi B adicienda. Ita ergo ponere licebit (§. 22.)

$$C = A + m B$$

N n n 3

Hanc

Hanc vero identitatem si verbis reddere velis, dicendum erit, C constare partibus A, B , modo n invicem coniunctis. Contra ea, quod supra iam notavimus (§. 16.), invito linguae genio C diceretur esse A et B , quippe A, B ipsius C non attributa, verum partes esse sumimus. Quodsi vero ponas esse ipsis partibus A, B attributa quaedam n communia, utique n toti rei C convenire, adeoque C esse n , recte affirmari palam est.

§. XLV.

Ponamus porro, dari aliam rem c , quae constet partibus a, b , ipsis A, B aliqua saltem ex parte similibus, atque modo μ invicem coniunctis, patet fieri posse (§. 22.)

$$c = a + \mu b$$

Quatenus ergo inter res C, c aliqua intercedit similitudo, dabitur quoque inter eas quaedam relatio, quae vero nequaquam simplex est, neque enim dici potest, C se habere ad c , uti se habet A ad a , vel B ad b , vel n ad μ . Contra ea utique dici potest C non esse c , et vicissim c non esse C . His ergo, similibusque casibus, alia ratione exprimenda erit ea quae datur inter C, c relatio. Ponamus v. gr. parti a adiciendam esse determinationem p , quo identificari possit cum parte A , ut sit

$$A = p a$$

atque similiter faciendum esse

$$B = q b$$

patet fore

$$C = p a + m q b$$

Quodsi ergo exprimenda sit ea quae datur inter C, c relatio, utraque haec idea ad identitatem erit reducenda. Quod sequentem in modum obtinere licet. Quoniam est

$$c = a + \mu b$$

ipsi

ipsi c demenda erit pars μb , quod sic notatur, ut pars reliqua sit

$$c - \mu b = a.$$

Porro huic parti adiciatur determinatio p , quo habeatur

$$p(c - \mu b) = pa$$

Porro parti a , hac ratione determinatae, (intellige quoad formam, figuram, etc.) adiungatur, modo m , pars $q b$, ut habeatur

$$p(c - \mu b) + mqb = pa + mqb$$

Quoniam vero est

$$C = pa + mqb$$

patet fore

$$C = p(c - \mu b) + mqb$$

quae est relatio quaesita inter C, c . Qua vero ratione legenda, vel verbis exprimenda sit, ex ipso literarum significato modoque liquet, quo ad eam pervenimus.

§ XLVI.

At vero huiuscemodi relationes in ipsis linguis saepissime haud secus unico verbo exprimuntur, ac si vel maxime simplices essent. Rationem si quaeras, haec in ipsa confusura rerum C, c cognitione quaerenda est. Quod si enim partium A, B, a, b diversitatem non habeas perspectam, fieri potest, ut comparatis invicem rebus C, c , ipsi rei c determinationem quandam M adiciendam esse censeas, quo identificari cum C possit. Quo facto putabis brevissime posse fieri

$$C = M c$$

adeoque relationem inter C, c , eamque maxime simplicem, esse credes

$$M = C : c$$

etsi ipsis rebus curatius perscrutatis reperias

$$M = (A + mB) : (a + \mu b)$$

id

id est, ideam relativam M mere esse fictitiam, veramque inter C, c relationem sic esse concipiendam, ut fiat

$$C = p(c - \mu b) + mqb$$

Porro, fictitiam illam relationem M , neque gradus admittere, neque cognitioni mathematicae subiici posse, vel ex ipsa partium A, B, a, b heterogeneitate colliges.

§. XLVII.

Quodsi vero ex me quaeras, num dentur eiusmodi ideae fictitiae maxime confusae, mea quidem sententia idem quaeris, ac si scire velles, num dentur ideae metaphysicae et morales complexae? Ponas v. gr. rem $c = a + \mu b$, accedente causa efficiente, ita mutari, ut fiat $C = A + m B$, utique dices, effectum esse illam mutationem quam res c , operante causa, subiit, atque nisi nota sit partium A, B, a, b diversitas, parum aberit, quin effectum $= M$ esse dicas, cum ponas esse $C = M c$. Simili ratione, si in genere perfectionem dicas esse variorum consensum, evidens est, varia ista vel maxime esse posse heterogenea, atque hanc ipsam ob causam totidem dari consensus admodum diversos. Etsi ergo dicas, eo maiorem prodire perfectionem, quo plura, et quo magis consentiant, hoc ipso tantum non nihil dicis, quippe ea, quae variis illis partibus inest heterogeneitas, atque oriens inde ipsius consensus diversitas, hac quidem ratione mathematicam perfectionis cognitionem non admittit, atque si ad hanc pervenire velis, singula adhucdum haud secus remanent discutienda ac si nihil dixisses. Brevitatis ergo plura exempla non adferam. Vellem tamen, ex his, quae iam dicta sunt, colligerent lectores, undenam tam intractabiles sint ideae pleraeque metaphysicae complexae, ut etsi eas, omni adhibita opera, satis superque credas evolutas atque discussas, nihilo minus denuo atque de-

nuo

nunc videantur esse discutendae ac evoluendae. Sumas enim ideam, qualem esse vidimus fictitiam illam

$$M = (A + mB) : (a + \mu b)$$

Quoniam relationis simplicis speciem prae se fert, hanc ipsam ob causam fucum facit, unde, si eam ponas $M = A : a$, siue $M = B : b$, siue $M = m : \mu$ etc. ubi vis vero falsum immisceas, atque in casibus specialibus novas emergere discrepantias et incongruitates animadvertes. Quodli porro hoc agas, ut idea M quotvis alias ingrediatur definitiones, utique et ipsis his definitionibus inferas confusionem in idea M latentem, nulloque modo penitus extricandam. Consequens hinc est, in metaphysicis optime quidem admitti ideas simplices, quippe ab omni confusione omnique contradictione liberas; optime quoque admitti quae directe ex istis componuntur: reliquas vero, earumque terminos denominationum instar esse, et brevitati consulere, theoriam autem omnibus numeris absolutam, atque ab omni confusione liberam, vel difficillime, vel plane non admittere, eamque ob causam propositionum praesertim affirmantium potius ac rectius fieri praedicata, quam vero subiecta. Hanc ipsam quoque causam quaeras, cum exempla ea, quibus calculum atque signandi modum, hactenus expositum, illustratum dedi, illi rigori, quem calculus ipse postulat ac praesupponit, per omnia non ad amissum respondere forte animadvertes.

*D. CHRISTIANI AUGUSTI CRUSII, S. THEOL.
in Acad. Lips. Prof. Primar. Philos. Prof. Extraord.
Ecclesiae Cathedr. Misnensis Capitularis, Alumnor.
Electoral. Ephori, Hypomnemata ad Theologiam Prophe-
ticam. PARS PRIMA. Introductionem generalem
ad Theologiam Prophetica complexa.*

Lipsiae, MDCCCLXIV. Alphab. 2. in 8.

O o o

Prae-

Praemittit *Auff. S. V.* prolegomena, in quibus varia ad theologiā proph. spectantia praevis explicantur. Definitionem hanc theologiae proph. prodit: *esse eam theologiae partem, quae et quatenus versatur circa vaticinia.* Necessitatem theol. proph. probat: 1) ex necessitate et utilitate vaticiniorum, 2) ex necessitate peculiaris scrutinii. Usū autem vaticiniorum ait cerni: a) in fide faciēda rebus humanis et doctrinis divinis, hinc oriri vaticinia probantia, quorum duplex sit evidentia, vel immediata, vel mediata: b) in docendo, hinc vaticinia mere docentia. Rationes de diligenti scrutinio has reddit: 1) difficultatem et obscuritatem eorum obiectivam, 2) dispersionem eorum per libros sacros, 3) difficultatem subiectivam, 4) multitudinem et temeritatem coacte interpretantium, vel impie oppugnantium. Docet praeterea, quanti sit momenti pars prophetica verbi divini ex eo, quia fides superstructa sit Prophetis; quia vaticinia reliquis argumentis pondus et evidentiam conciliant; quia hoc studium singulari sua suavitate nos allicit; et tandem, quia in confutandis iis usum prorsus singularem praesent, qui temere sinceritatem librorum SS. impugnant, et veterum historiarum fidem lapsu temporis decreverunt. Differit deinde genuino huius rei modo, quem triplicem esse ait: a) ut generatim constet, dari in Scr. S. vaticinia, eaque Deum auctorem ostendentia; b) ut speciatim vaticinia de Christo intelligamus, iisque rite utamur; c) ut, quae Deus de fati ecclesiae, de arcanis providentiae, et mundo futuro patefecit, ea caute et modeste edoceamur. Sequitur demum ratio instituti, quae est: ut lectori litterarum S. diligenti subsidia praebeat, quibus ad maiorem rerum peritiam pervenire, eamque in usum ecclesiae convertere possit. Unde in prima statim parte operis agit de iis, quae in genere intelligendis vaticiniis inserviunt, atque in se recipit quosdam textus interpretari, quibus in gerendo munere sacro, et vindicanda religione, praecipue uti possimus.

Pars igitur prima quatuor capitibus absolvitur, quorum **Primum de vaticiniis, et eorum diiudicatione in genere,** praecipit, ubi vati-

vaticinii haec suppeditatur definitio : *esse praedictionem rei futurae, quae nec sentiri, nec ratiocinando praevideri potuerit, attamen fortuito vera non acciderit*; obiter fit mentio oppositorum vaticinii, quae sunt 1) coniecturae, 2) quaecunque colligendo praevidentur, nempe ratiocinatione causali, nec non probabilitate physica vel politica, 3) audacter vel temere dicta, sed quae interdum fortuito eventu vere existunt. His praemissis, modum, quo vaticinatio contingat, tradit, atque eius possibilitatem vindicare studet. Docet unde vaticinia originem ducant, et tres cognoscendi modos enarrat: 1) si Deus ipse immediate operetur, 2) si id fiat a sanctis Angelis, 3) si fiat a daemionibus, id est angelis malis. Quo quidem in argumento pertractando S. V. *Auct.* hoc ab animis corpore factis, et in perfectiori statu constituti, perfici posse negat, quoniam hoc praeternaturaliter contingeret, animaque corpore soluta a Deo praeternaturaliter novis viribus, aut novo corpore instructa esse deberet. Quaestionem quoque saepius agitatam sub exartha vocat, an animae hum. competat vis divinandi naturalis, quod non concedi posse dicit: nam vel ipsa ex natura divina repetenda, adeoque pro particula divinae essentiae esset venditanda, quod absurdum; vel a Deo ipsam ingentam esse, ita ut notiones animae creatione ingentae dein evoluantur, quod contra praesumptiones physicas sit. Sex porro objectionibus respondetur: a) negata vi divina, praeter necessitatem entia non multiplicari; b) qui divinationes a Deo, vel Angelis, non a vi animae domestica deducunt, non sciunt nodum, sed solvant, neque Deum ex machina devocant; c) neque ideo tribuendam hanc vim animae, quia eius natura non potest a nobis explicari; d) neque obstat ignorantia modi, quo Spiritus perfectiores in producenda divinatione utantur; e) neque opus esse videtur explicare, quo consilio Spiritus perfectiores hoc vel illud cum certis communicent hominibus; f) relicta sententia de eo, quod in brutis detur divinatio, nullamque vim huic argumentandi modo inesse docetur, quod hoc multo magis animae hum. competat. Divinationes dein angelicas examinat, atque, quantum

inter eas et Θεοπροϋψία interfit, docet. Sequitur divisio criteriorum, quae sunt vel generalia, vel specialia: generalia iterum sunt vel communia Prophetis cum aliis hominibus eam diiudicantibus, vel Prophetis propria. Notae communes sunt: 1) indoles doctrinae et morum, quibuscum certae vaticinationes sunt coniunctae; 2) confirmatio eventu perspicuo; 3) potestas signa et miracula edendi; 4) positiva connectio rerum praesentium, vel posthac evenientium, cum principiis antea iam cognitis et satis confirmatis; 5) plurium Prophetarum consensus; 6) sanctitas vitae Prophetarum; 7) rerum magnitudo. Additur, tanquam primum et proprium criterium, Prophetarum sensus et interna animi perceptio Ier. XX 9. Pf. XLV, 2. Statuit A. specialiora etiam criteria in circumstantiis latere posse, quae excludant formidinem, sive quod fallere vates voluerit, aut tentare potuerit, sive quod sua ipsius imaginatione fuerit deceptus. Huc pertinent sollicitae certarum visionum Scr. S. descriptiones. Obiter sententia Tolandi in Orig. Iud. p. 185. de non-suppeditione idoneis discernendi vaticinia div. criteris, tanquam temeraria, reiicitur. Negat A. divinitatis criteria in oraculis gentilium, variisque divinationibus reperiri, et disquirat, an fuerint oracula, quod confirmat exemplis oraculi Accaronitici, 2 Reg. I, 3. 16. Iannis et Iambris, 2 Tim. III, 8. Magorum Aegypti, Ex. XII, 12. Interpretum Pharaonis, Gen. XLI, 8. Magorum Nebucadnezaris, Dan. II, 2. sq. IV, 3. sq. Sortes, reliquasque divinationes pro obsidione Hierosolymae, Ez. XXI, 21. Necromantissam Endoream, 1 Sam. XXVIII. Pseudo prophetas, Michae, 1 Reg. XXII, 19-23. et ancillam Pythonissam, Act. XVI, 16. addit. Formulae loquendi magiam spectantes in Scr. S. obviae, nec non leges gravissimae, et supplicia adversus superstitiosa divinandi genera, Lev. XIX, 11. XX, 6. 27. Deutr. XVIII, 10. rem plane omnem dirimunt. Quaestio insuper, an *Ant. van Dale* oracula refutaverit, perpenditur. In iudicium vocat *Dalenium* et *Fon-tnellium* A. propterea, quod philosophia tantum duce hanc rem aggressi fuerint, oraculaque, contra omnem fidem historicam, negaverint. Argumenta eorum bilateralia esse dicit, atque evincit,

cit, eos a particulari ad universale conclusisse. Dubia quaedam solvit, falsosque concludendi modos verbosius recenset. Omnia in κακὰ ἔργα Satanae, dolosaque viarum domini imitatione posita esse existimat. Fallaces quasdam daemonum artes enarrat: v. c. opinionem de fato; res quaelibet naturales, quae ob difficultatem explicandi, et ambiguitatem suam, praestigias daemonum facillime admittunt; Daemones locum tempusque opportunum delegerunt, ubi fallacia documenta divinitatis suae ostendere possent, ut pro diis colerentur, et mediatores inter supremum numen et homines crederentur. Exemplo sunt astrologia, geomantia, onirocritica, similiaque. Variis autem de causis homines in artes divinandi inciderunt: quorum spectant singularia eventa, quae temporibus, locis, constellationibus tribuebantur. Demonstratur porro, attributis Dei nequaquam repugnare, si oracula et praestigias daemonum permittat: hanc permissionem oeconomia gratiae Dei offerendae, et gloriae eius manifestatio, requirebat, et ἀναπολογία eorum, qui in perniciem ruunt; atque tandem necessitas ut totus iudiciorum Dei ambitus limitatis hominibus impervestigabilis sit. Notas divinae originis allegat, quae nequaquam competant oraculis et divinationibus gentilium; quod inde colligitur, 1) quoniam nihil praedictum est, ubi certo iudicari possit illud superare intelligentiam daemonis; 2) quoniam res pro divinis venditatae coniunctae erant cum eiusmodi doctrinarum vel morum conformatione, quae repugnabat veritati divinae; 3) ex specialioribus argumentis a circumstantiis suppedatis. Tandem hoc caput claudit sententia de vaticiniis Muhamedi tributis, de quibus A. ita: 1) res ipsa est semper eiusmodi, ut vel sapiat fraudem aut superstitionem, vel sagacitate comici, aut casu fortuito evenire, vel certe modica daemonis potentia fieri potuerit; 2) licentia depravandi historias, et audax assertio depravationis librorum S. 3) dogmata Muhamedis, quae congruunt cum Deismo, et continent ineptias contra Theologiam naturalem et physicam; religionum commixtio, et scrutinium veritatis interdictum, aperte arguunt impostorem. Quod reliquum est, de characterē Muhamedis A. haec lit-


teris consignavit: eum fuisse insignem idiotam, parum de capitibus religionis nostrae, praeter unitatem Dei, pauca de officii et iudicio extremo adsecutum fuisse, aut, quod *Auth. Cel.* magis placet, ea ipsi non probata fuisse. Impietatis autem eius indicia prodit articulus de se ipso, tanquam summo Propheta. In eo fuit fastus et rerum magnarum studium. Preces et ieiunia sine dubio ob rationes politicas praecepit. Peregrinationes Meccanas, et reverentiam Caabae sepulchro Patriarchae gentis Isinaelis superstructae, aut necessitate, aut prisca superstitione, aut simili versutia retinuit. Haec de charactere Muhamedis.

Caput. II. *de vaticiniis in Scriptura Sacra in specie* praecipit. Definitionem, quae totam rem conficere videtur, suppeditat. Vaticinium late sumtum, ait, in S. S. est *significatio rei futurae, divinitus*, (sive mediate angelorum ministerio, sive immediate,) *eum in finem facta, ut Deus partim sua consilia patefaceret, partim doctrinae sacrae fidem faceret.* Distinguuntur autem vaticinia respectu modi futura significandi, in *realia* (nempe *typica*;) et *verbalia*. Non omnem tamen rerum occultarum manifestationem prophetiam dici posse statuit, quia de eventis futuris non agitur, sed de rebus praeteritis, aut absentibus, aut voluntate Dei cognoscenda. Hanc cum prophetia in eo convenire dicit, (nam haec sunt *Auth. S. R.* verba,) quod occulta et naturaliter non seibilia aperiuntur, quoque veritas attingatur absque naturalibus subsidiis, quam in probanda religione tantum ait valere, quantum prophetiam. Exempla sunt: quod Elifaeus arcana Syrorum consilia aperuit, 1 Reg. VI, 12. Sortes Sacrae, quibus reus detectus est, quae vel mandato Dei, Ios. VII, 14. vel coram Deo et cum Dei invocatione factae sunt, 1 Sam. XIV, 38. Has fortes non confundendas esse cum fortitione munerum in templo dicit, quae ordinis et contentionum cavendarum causa fiebant, Luc. 1, 8. Matthiae per sortem electio erat imitatio vetustae fortitionis S. Sortes autem gentilium, speciatim de Iona, ex consueta daemonum *καταζήλια* deducit, v. c. *Βελοματειαν* Ez. XXI, 21. *ραβδωματειαν*, Hof. IV, 12. Singulare aliquid observat de Iona, quod fors divinatoria veritatem de procella propter Ionam manifestavit, Ion. 1, 7. coll. 14, 16.

16. tum et dicta Prov. XVI, 33. XVIII, 28. breviter explicat. Iam primum agit de vaticiniis *realibus*, quae sunt *typi rerum futurarum, exhibiti per statutos ritus cultusque, vel per certas res gestas, quae et quatenus ad praenotanda futura ordinatae et comparatae fuerunt*. Tunc autem *mixtum* fieri vaticinium, ait, si res, in qua inest tale vaticinium, vel solummodo exhibetur, vel aliqua etiam additur explicatio: quorum refert cultum Patriarcharum ac Iudaeorum typicum, fata singularia hominum, urbium, gentium. Tria argumenta pro typorum existentia addit: 1) generalia dicta expressa, Col. II, 17. Ebr. VIII, 5. IX, 1. 8. 9. 23. X, 13. 10. 12. 2) explicata exempla, Io. XIX, 36. coll. Ex. XII, 46. Num. IX, 12. Gal. IV, 24. 3) considerationem rerum ipsarum; quando res Deo indignae forent, nisi datur quod sint typi, agnoscendus est typus. Sequuntur cautela, ne typi cum aliis rebus confundantur: a) non omne quod constitutum est cum respectu ad N. T. typus est; b) in typo non omnes partes typicae sunt; c) authenticam Apostolorum interpretationem non licet affectare; d) non quaevis allegatio aut allusio probat typum; e) typi cum tempore plures et uberiores sunt constituti; f) inter plures typos divisum fuit, quod in uno commode exprimi non potuit; g) non nimium splendoris in uno typo esse debuit; h) sapienter permissum, ut homines, in quibus typus erat, maculas contraherent; i) typus antitypo est imbecillior; k) typus dat praenotionem, sed plene non intelligitur, nisi ab iis, qui res iam visas cum eo contendere possunt, et picturae naturam et regulas satis norunt. Pergit A. ad vaticinia *verbalia*, quae vel res per verba enuntiant, vel picturas rerum et emblemata adhibent. Quo ultimo in genere Apocalypsis Ioa. exarata est, cuius excellentia praedicatur. Illa vaticinia iterum duplicis sunt generis, vel *somniantium*, vel *vigilantium*. Primo genere Deus demonstravit, se non naturae legibus teneri, igitur cum dormientibus locutus est. Quatuor modis vero vigilantibus sese manifestavit: a) per *אֶזְרָאֵל*. b) per impulsum Sp. S. internum, *בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ*. c) per *בַּת קוֹל*. d) per Urim et Thummim, quas de responsionibus per summum Sacerdotem a Deo datis explicat; eumque propter sancto Ephod indu-

indutum esse debuisse affirmat, verbosiusque suam de Urim et Thummim sententiam proponit. Differit quoque de praerogativa Moſis prae aliis Prophetis, quae in cognitione Dei *in ſe* conſtitit, eiusque typica ratione, in quotidiana conſuetudine cum Schechina et Chriſti mediatoris ad Deum relatione quaerenda. Inſpirationem Prophetarum a commemoratione vaticini div. differre in genere docet, exemplis Pharaonis, Gen. XLI. Joſephi, Gen. XXXVII. Joſephi mariti Mariae, Mat. I, 20. 21. *Θεοπνευſία* ſic deſcribit: eſſe *ſtatum miraculoſae operationis Spir. S. in animo certorum hominum, quo conceptus certarum rerum et verborum animo loquentis, vel ſcribentis, cum ſingulari et praeternaturali vividitate ſuppeditabantur, animusque ad eos contemplandos, et cum aliis communicandos, efficaciter impellebatur.* Addit, quomodo ea a poſci potuerit: videlicet, Scriptores illam interna perceptione et illuminatione a ſtatibus mentis naturalibus diſcernere debuerunt. Acceſſerunt miracula, nec non eventus praedictiones confirmantes. Rationes reddit, cur licuerit Prophetas conſulere de rebus minutis: ut Deus caveret, ne Iſraelitae ad oracula gentilium excurrerent, aut ſuperſtitioſis et idololatricis gentilium artibus uterentur. Sed ante omnia ipſa indoles doctrinae, et nexus cum rebus iam cognitis, et veritate revelata, expendi debuit. Cum his argumentis per dona gratiae ordinariae Sp. S. fidem produxit. Latius tamen patet inſpiratio, quam Prophetia. *Θεοπνευſία* verſatur circa hiftoriam, dogmata, et Theologiae naturalis repetitionem: Prophetia circa ſignificationem rerum futurarum. Interim *προφήτης* non reſpondet τῷ *נביא*, qui proprie eſt interpres, legatus, orator: et quamquam interdum *נביא* per *προφήτην* exponatur, tamen retinenda eſt ſignificatio vocis ebraea. — Sed videmus, rerum copia ad prolixitatem nos delabi: igitur, quod de omni opere reliquo dicendum ſuper eſt, alio tempore dicemus, et proxime quidem.





INDEX AUCTORUM, quorum Libri, aut Inventa, in hoc Volumine recensentur:

I. Libri Theologici & ad Historiam Eccle- siasticam spectantes.

- Crusii (Christ. August.) *Hypomnemata ad Theologiam Pro-
pheticam. Pars I. Introductionem generalem ad Theolo-
giam Prophetica[m] complexa.* 473
- Febronii (Iustini) *de statu Ecclesias et legitima potestate Rom.
Pontificis, Liber singularis, ad reuniendos disidentes in religio-
ne Christiana, compositus.* 1
- Michaelis (Io. Dav.) *Commentationes, Societati Regias Scient.
Göttingensi oblatæ.* 220
- Theodoret[is] nova editio a Io. Ludov. Schulzio promissa. 393
- Ulphilæ *versio Gothica nonnullorum Capitum Epistolas Pauli ad
Romanos. Eruit et commentatus est Franc. Anton. Knittel.* 20

II. Libri Iuridici.

- Febronii (Iustini) *Liber de statu Ecclesias, et legitima potestate
Rom. Pontificis.* P p p Schröt-
1

I N D E X

Schrötteri (Frans. Ferdin.) *Dissertationes ad illustrandum Jus Pu-
blicum Austriacum spectantes.* 123

III. *Libri Medici et Pbyfici.*

- Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae Novi Commen-
tarii. Tomus IX. Pro annis 1762. et 1763.* 241
- Bauer (Fulgens.) *Dissertatio Experimentalis de Electricitatis theo-
ria et usu.* 436
- Celsi (A. C.) *de Medicina Libri Octo. Ex fide vetustissimorum
librorum recensuit, innumeris depravationibus liberavit, Editio-
nes Variantes et Animadversiones, tum aliorum, tum suas, nec
non indices copiosos aliisque adiecit* Car. Christ. Krause. 372
- Hanowii (Mich. Christoph.) *Philosophiae Naturalis sive Physicae
Dogmaticae Tomus II.* 179
- — — *Tomus III.* 212
- Morgagni (Io. Baptistae) *Opuscula Miscellanea, quorum non
pauca nunc primum produnt.* 161
- Raspe (Rud. Eric.) *Specimen Historiae Globi terraquei de novis e
mari natis insulis, ad Hookianam telluris hypothesein de origine
montium et corporum petrefactorum.* 153

IV. *Libri Mathematici.*

- Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae Novi Commen-
tarii. Tomus IX. Pro annis 1762. et 1763.* 241
- Exercitatio Astronomica de mensurae Solis parallaxi. Senis obser-
vata, habita in Collegio Romano Societ. Iesu.* 121
- Fagnano (Io. Franc. de Tuschis a) *Integratio quarundam quantita-
tum differentialium, quae originem habent a lineis, quae ad cir-
culum referuntur.* 368
- Heinlii (Gothofredi) *de Eclipsi Solis d. 1. Aprilis A. 1764. obser-
vata, Commentatio.* 108
- Lambert (J. H.) *Disquisitio de universaliori calculi idea, cum ad-
nexo specimine.* 441
- Metho-

AUCTORUM.

Methodus nova inveniendi longitudines locorum terra marique per Lunam. 186

V. Libri Historici et Geographici.

Belii (Car. Andreae) de Ottone II. Gransio, Basileensi Episcopo, cardis Alberti I. Rom. Regis particeps, *Disquisitio historica.* 12

Haebertin (Franc. Dominic.) *Analecta Medii Aevi, ad illustranda iura et res Germanicas.* 116

Historia Regum Catholicorum, Ferdinandi et Isabellae 398

Mazzuchellianum *Museum, seu Numismata Virorum doctrina praestantium, quae apud Io. Mariam Comitem Mazzuchellum Brixiae servantur, a Petro Anton. de Comitibus Gaetani, edita atque illustrata. Accedit versio Italica Cosimi Mei. Tomus II.* 427

Pray (Georgii) *Annales veteres Hunnorum, Avarum et Hungarorum, ab A. ante N. C. 210. ad A. C. 297. deducti.* 201

Schoepfliini (Io. Dan.) *Historia Zaringo-Badenfis.* Tomus Primus. 375

VI. Libri Philosophici, Antiquarii Auctores Classici, Philologici, Miscellanei.

Aeliani *Variae Historiae, in linguam Francogallicam versae a Formeio.* 157

D'Orville (Jac. Phil.) *Sicula, quibus Siciliae veteris rudera, additis antiquitatum tabulis, illustrantur. Edidit et commentarium ad numismata et inscriptiones Siculas, aliasque adiecit Petrus Burmannus Secundus. Tomus I.* 388

Ferrarii (Guidonis) *Inscriptiones, Epistolae, Dissertationes.* 103

Kallii (Abrah.) *Specimen novae editionis Sententiarum Theognidis Megarensis.* 401

Koehlerii (Io. Bernardi) *de nova editione Hesiodi adornanda consilium.* 89

Ppp a

Lam

I N D E X

Lambert (*I. H.*) *de universaliori calculi idea, Disquisitio, una cum adnexo specimine.* 441

Michaelis (*Io. David.*) *Commentationes, Societati Regiae Scientiarum Göttingensi, per annos 1758-1762. oblatae.* 220

A. Persii Flacci *Satyræ sex, ad fidem optimarum editionum, una cum variis lectionibus Codicis Eburniani, edidit Georg. Frid. Sebalus, tabulisque aeneis incidit Io. Mich. Schmidius.* 335

Picturæ Antiquæ, ex Herculano et vicinis locis erutæ, atque in aes incisæ, cum animadversionibus variis.

Tomus II. Recensio I. 41

— — — Recensio II. 81


Tomus III. Recensio I. 281

— — — Recensio II. 321

de Schmidt (*Frid. Sam.*) *Opuscula, quibus res antiquæ, præcipue Aegyptiacæ, explanantur.* 30

Ulphilæ *versio Gothica nonnullorum Capitum Epist. Pauli ad Romanos, eruta a Franc. Antonio Knittel.* 20

Winckelmanni (*Io.*) *Historia artium antiquitatis. Partes II.* 340



I N D E X
RERUM NOTABILIORUM.

A.

| | |
|---|---|
| <p>Academias Petropolit. Commentarii 241</p> <p>Aedificia ruffica in pictura veteri 76</p> <p>de Aedificiis veterum quaedam 168</p> <p>Aegypti veteris urbes utrum plures quam 30000? 39</p> <p>— — — — — merces ibid.</p> | <p>Aegyptiacarum antiquitatum illustrationes plurimæ 30</p> <p>Aegyptiorum commercia et navigationes 34 sq.</p> <p>— — — — — artes quomodo natae et cultae? 345</p> <p>Aehani variae historiae, Francogallice versae a Formeio 157</p> <p>Aemilia</p> |
|---|---|

RERUM NOTABILIORUM.

| | | | |
|--|---------|---|----------------|
| <i>Aemilianae Epistolae</i> | 170 | <i>Amphionis nomen Aegyptium</i> | 33 |
| <i>de Aequationibus varia</i> | 248. | <i>Amun, Iupiter Aegyptiorum</i> | 34 |
| | 251 | <i>Analecta mediæ ævi de rebus Germanicis</i> | 116 |
| <i>Aërologiæ expositio uberior, et quid cum Aerometria doceat?</i> | 179 sq. | <i>de Anemone fluvio quaedam</i> | 171 |
| <i>Aethiopum commercium cum Troglodytis</i> | 36 | <i>Angliæ Regum Privilegia, mercatoribus Hanseaticis concessa</i> | 117 |
| <i>de Aggeribus construendis cogitationes</i> | 265 | <i>de Anno Sabbathico</i> | 239 |
| <i>Aglaïdis pictura vetus</i> | 66 | <i>Antiquitas Graeca illustrata</i> | 41 sq. 281 sq. |
| <i>ex Agrimenforum arte instrumentum</i> | 88 | <i>— — — Aegyptiaca illustrata</i> | 30 sq. 283 |
| <i>de Agrorum feriis Mosaicis</i> | 239 | <i>— — — Insubrica</i> | 105 |
| <i>ex Albana villa inscriptiones</i> | 356 sq. | <i>— — — Artium illustrata</i> | 339 sq. |
| <i>de Alberti Rom. Regis caede, disquisitio</i> | 12 | <i>Apollinis pictura vetus</i> | 44. 286 |
| <i>ad Alberti Stadenſis Chronicon, edit. Reinccianae, lectiones variantes, emendationes et supplementa</i> | 119 | <i>Apollo cum Cassandra, in pictura</i> | 62 |
| <i>Algebraicus calculus</i> | 442 | <i>— — cum Marsya certans in pictura</i> | 63 |
| <i>Algorithmi singularis specimen</i> | 245 | <i>de Appellationibus ab abusu</i> | 11 |
| <i>Allia ab Aegyptiis culta</i> | 33 | <i>de Apyris quaedam</i> | 216 |
| <i>de Prosp. Alpino epistolae duae</i> | 164 | <i>de Aqua observationes</i> | 185 |
| <i>de Alfatiae ducibus quaedam</i> | 376 | <i>de Aqueis meteoris</i> | 183 |
| <i>de Ammonii Alexandr. Historia Evangelica</i> | 24 | <i>Ara in pictura vetere</i> | 82 |
| <i>Amores in pictura vetere</i> | 292 | <i>Arabica Ptolemaeorum commercia</i> | 37 |
| | | <i>de Arboribus expositio uberior</i> | 219 |
| | | <i>de Archiducum Austriae summis muneribus in Imperio Rom.</i> | PPP. 3 |

I N D E X

| | | | |
|--|--------------------|--|----------|
| <i>Roman. Germ. et iuribus</i> | 196 | B. | |
| <i>Ariadne a Theseo deserta, in pictura vetere</i> | 57 | <i>Bacchae saltantes in pictura vetere</i> | 308 |
| <i>— — e lecto surgens depicta</i> | 58 | <i>Bacchantium chori in picturis</i> | 64 |
| <i>— — dormiens, in pictura</i> | 60 | <i>Bacchi sacrificium in pictura</i> | 63 |
| <i>Arithmeticae observationes</i> | 242 sq. | <i>— — educatio in pictura vetere expressa</i> | 55 |
| <i>Artium Antiquitatis historia accurata</i> | 339 | <i>Bacchus Ariadnen dormientem contemplans</i> | 60 |
| <i>— — in Saxonia hoc tempore incrementa</i> | 340 | <i>de Bacchi pompa observatio</i> | 65 |
| <i>de Asiae populis antiquissimis varia</i> | 203 sq. | <i>Bacchi pictura vetus</i> | 286. 312 |
| <i>Askew (Anton.) elogium</i> | 96 | <i>Baconis de Verulamio numus elegans</i> | 429 |
| <i>de Asphaltite quaedam</i> | 229 sq. | <i>Badensis historia omnis a Schoepfino accuratissime scripta</i> | 375 |
| <i>de Aspidis morfu observationes variae</i> | 165 sq. | <i>Badensium Marchionum origo investigata</i> | 377 sq. |
| <i>Astronomicae observationes</i> | 108. 121. 186. 269 | <i>Badrini nomine quis fluvius intelligendus?</i> | 173 |
| <i>Athlethae in pictura vetere</i> | 320 | <i>Basileensium Episcoporum cum Comitibus Habsburg. controversia</i> | 14 |
| <i>Avarum Annales a Prayo conditi</i> | 201 | <i>de Balth. Beckeri numis et libro</i> | 432 |
| <i>— — res gestae ab A. C.</i> | 310. 208 | <i>Bodensis et Vitis utrum eadem flumina?</i> | 170 |
| <i>Augusti Caesaris numus rarissimus</i> | 42 | <i>de Bertoldo Duce</i> | 377 sq. |
| <i>Aurone aerugo inducatur a vaporibus Asphaltitis?</i> | 233 | <i>Biologiae expositio uberior</i> | 212 |
| <i>Austriae domus origo ex Alfatia deducitur</i> | 376 | <i>Flavius Blondus defensio</i> | 170 |
| <i>ad Austriacum Ius Publicum et historiam eiusdem gentis spectantes observationes</i> | 196 sq. | <i>— — de eodem observationes aliae</i> | 175 sq. |
| | | <i>de Herm. Boerhaave quaedam</i> | 266 sqq. |
| | | <i>de Borith, seu Nitro Hebraeorum</i> | 236 |
| | | | Bos |

RERUM NOTABILIORUM.

| | | | |
|---|-----|---|--------|
| Bos <i>Aegyptius</i> in <i>pictura vetere</i> | 334 | <i>de</i> Cepis ab <i>Aegyptiis</i> cultis | 33 |
| Brunsvico - Lunenburgica <i>historia illustrata</i> | 118 | <i>de</i> Cerretanis <i>quaedam</i> | 285 |
| Bullae Pontificiae <i>quomodo recipiendae?</i> | 11 | <i>de</i> Chaganis <i>Avarum</i> | 209 |
| | | Christinae Reginae <i>numi</i> | 431 |
| | | cum Cimbris <i>proelium Marii</i> | 107 |
| | | Cimelia in <i>Physica</i> <i>quaenam sint?</i> | 217 |
| | | Circites <i>quid?</i> | 81 |
| | | <i>de</i> Circularium <i>arcuum progressionibus</i> | 244 |
| | | Claudiani <i>locus illustratus</i> | 302 |
| | | <i>de</i> Cleopatrae <i>mortis genera</i> | 164 |
| | | <i>de</i> Clerici in <i>Hesiodum</i> <i>curis</i> | 92 sq. |
| | | — — — <i>eiusdem reprehensa</i> | 235 |
| | | Clio <i>Musa</i> <i>quomodo a Melpomene discernenda?</i> | 45 |
| | | Codex <i>Rescriptus</i> <i>versionis Gothicae</i> | 21 |
| | | Codices <i>MSsi</i> <i>Hesiodi Parisiis</i> | 97 |
| | | — — <i>Variae Historiae Aelianae</i> | 158 |
| | | Concavum <i>salutare in Persia</i> | 338 |
| | | <i>de</i> Conciliorum <i>iuribus, pugnantibus cum potestate Pontificum Rom.</i> | 6 |
| | | Conclavia in <i>pictura vetere</i> | 292 |
| | | Concordia <i>Dea</i> in <i>pictura</i> | 67 |
| | | Conistalus <i>quis Deus?</i> | 308 |
| | | <i>de</i> Copula <i>Est</i> | 449 |
| | | Corbitores in <i>navigiis</i> | 79 |
| | | Corda- | |

I N D E X

| | |
|---|--|
| <i>Cordarum inaequaliter crassa-</i> | <i>Divinandi facultas naturalis an</i> |
| <i>rum motus</i> 258 | <i>competat animae humanae?</i> |
| <i>Crocota veterum</i> 290 | 475 |
| <i>Crotala qualia fuerint instru-</i> | <i>Dodonaeum vas in pictura ve-</i> |
| <i>menta?</i> 83 | <i>tere</i> 330 |
| <i>de Cupidine et Cupidinibus</i> | <i>Dresda artium per Germaniam</i> |
| <i>quaedam</i> 60. 322 | <i>sedes</i> 340 |
| <i>Currus birotus in vetere pictura</i> | <i>Durateus equus in pictura ve-</i> |
| 316 | <i>tere</i> 314 |
| <i>de Cynicis quaedam</i> 306 | E. |
| <i>Cyprus insula Aegyptiis utilis</i> | |
| D. | <i>de Ebneriano Codice Satyrarum</i> |
| | <i>Perfi quaedam</i> 337 |
| <i>de Daemonibus observationes</i> | <i>de Ecclesiae statu liber singula-</i> |
| <i>C. A. Crusii</i> 477 | <i>ris</i> 1 sq. |
| <i>de Dalenio oracula refutante</i> 476 | <i>— — forma, an monarchica?</i> 2 |
| <i>David Rex quid in censu suo pec-</i> | <i>— — libertate recuperanda</i> 11 |
| <i>caverit?</i> 225 | <i>Eclipsis Solis Lipsiae 1760. d. 13.</i> |
| <i>Delus utrum e mari enata?</i> 156 | <i>Jun. observata</i> 271 |
| <i>Dendrologiae expositio uberior</i> | <i>— — Lipsiae 1764. d. 1. Apri-</i> |
| 212 sq. | <i>lis observata</i> 108 |
| <i>Deus an permittere potuerit</i> | <i>— — A. 1758. d. 30 Dec. Pe-</i> |
| <i>oracula?</i> 477 | <i>tropoli observata</i> 270 |
| <i>de Diana quaedam</i> 42 | <i>— — Lunae, d. 18. Maii sil. v.</i> |
| <i>— — in pictura vetere</i> 62. | <i>A. 1760. Petropoli observata</i> |
| 298 | 270 |
| <i>Differentialium quarundam</i> | <i>— — lunaris d. 7. Maii 1761.</i> |
| <i>quantitatum integratio</i> 361 | <i>Petropoli observata</i> 272 |
| <i>Dioeciae arbores quaeenam?</i> | <i>Eclipticae lunae usus</i> 192 |
| 210 | <i>Editionum Theognidis recensio</i> |
| <i>Dionysii Periegetae paraphrasis</i> | 404 |
| <i>in Hesiodum nondum edita,</i> | <i>Elephas in pictura vetere</i> 76 |
| <i>eiusque specimen</i> 98 | <i>de Electricitatis theoria et usu</i> |
| <i>Diverforia animalium insignibus</i> | <i>Dissertatio</i> 436 |
| <i>distincta</i> 40 | <i>Endymionis fabula in pictura</i> |
| | <i>vetere</i> 287 |
| | <i>de Eship-</i> |

RERUM NOTABILIORUM.

| | | | |
|--|---------|--|--------------------------------|
| <i>de Ehippiis veterum</i> | 56 | | |
| <i>de Episcoporum institutione et iuribus</i> | 9 | | |
| <i>Epistolae G. Ferrarii</i> | 103 | | |
| <i>Ἐποικεία in pictura</i> | 66 | | |
| <i>Equus Troianus in pictura veteri</i> | 314 | | |
| <i>Erato Mafa, pictura expressa</i> | 47 | | |
| <i>Europa hirco equitans</i> | 314 | | |
| <i>de Eurystheo quaedam</i> | 318 | | |
| <i>Excommunicandi ius an semper effectus iurisdictionis fuerit?</i> | 4 | | |
| F. | | | |
| <i>Faunus in pictura veteri</i> | 61. | | |
| | 309 | | |
| <i>de Fili fluxilis, corpusculis quotcunque onusti, motu vibratorio</i> | 256 | | |
| <i>de Formularum quadraticarum indeterminatarum per numeros integros resolutione</i> | 241 | | |
| <i>de Foro Livii quaedam</i> | 174 | | |
| <i>Friderici I. Imp. privilegia in domum Austriacam collata</i> | 195 | | |
| <i>Frondes manibus portatae apud veteres quid designent?</i> | 69 | | |
| <i>de Frontini consulatu ordinario</i> | 167 | | |
| <i>Funambuli in picturis antiquis</i> | 309 sq. | | |
| <i>Functionum ex data differentiâli conditione investigatio</i> | 254 | | |
| | | G. | |
| | | <i>Galenii fragmenta quaedam MSta.</i> | 27 |
| | | <i>Gallieni imago ridicula</i> | 333 |
| | | <i>de Corn. Gallo poeta</i> | 175 |
| | | <i>Garnerii quaedam iterum edenda</i> | 395 |
| | | <i>Geloi inscriptio illustrata</i> | 388 |
| | | <i>Gemini in Zodiaco quid referant?</i> | 32 |
| | | <i>de Gemmis observationes nonnullae</i> | 218. 334 |
| | | <i>Geographicae observationes</i> | 170 sq. 273 sq. |
| | | <i>Geologiae uberior expositio</i> | 212 |
| | | <i>ad Germanicas res mediæ ævii analecra</i> | 116 |
| | | <i>de Germanorum pictoribus quibusdam</i> | 348 |
| | | <i>Glaciales Helvetiae montes</i> | 276 |
| | | <i>Glacies quomodo generentur?</i> | 280 |
| | | <i>Globi terraquei historiae specimen</i> | 153 |
| | | <i>— — formati hypotheses potiores</i> | 156 |
| | | <i>ex Godeschalci visionibus excerpta</i> | 119 |
| | | <i>Gorgones in pictura veteri</i> | 53 |
| | | <i>Gothica versio Epistolae ad Romanos</i> | 20 |
| | | <i>Graecae voces et phrasæ illustratae</i> | 25 sq. 34. 48. 64. 69. 92. 160 |
| | | <i>de Grae-</i> | |
| | | <i>Qq q</i> | |

I N D E X

- de Graecis Codicibus Guelpher-*
bytanis 23
- Graecorum artes, earumque hi-*
storia amplissima 346 sq.
- de Graevii in Hesiodum curis* 92
- Gratae in vetere pictura* 295
- Grylli in pictura vetere* 332
- Guelpherbytanæ Bibliothecæ*
Codex illustris 20
- Guerræ (Iosephi) fraus in imi-*
tandis Picturis Herculanen-
sis detecta 42
- H.
- Habsburgicorum comitum con-*
troverſiæ cum Episcopis Ba-
ſileenſibus 14 sq.
- Hagedornii, Artium per Saxo-*
niam Directoris, elogium 341
- de Hachbergicis Marchionibus*
plurima 377
- Hebdomadae veterum* 323
- Hebe in pictura vetere* 72
- de Hebraeorum censibus* 224
- — — nitro 236
- Heinsii (Daniel.) in Hesiodum*
curæ 95
- Helle in vetere pictura* 288
- Helmoldi Chronicon Slavicum,*
edendum a Kohlero 90
- Helvetiæ montes glaciales* 276
- Io. Henis quis?* 430
- de Henrico III. Episc. Baſileenſi*
15
- Herculanenses picturæ anti-*
quæ illustratae 41 sq. 281 sq.
357
- Hercules in pictura vetere* 318
- de Herculis in Inſubriam ad-*
ventu 106
- — — *ſtatuae trunco cele-*
berrimo 359
- Hermaphroditus in pictura ve-*
tere 68
- Hermes in pictura vetere* 311
- de Heſiodi nova editione ador-*
nanda conſilium Jo. Bern.
Kohleri, eiusque editionis ſub-
ſidia 89
- — — *actate et orationis*
genere 91
- — — *editionibus* 92 sq.
- de Hetruſcorum artibus, ea-*
rumque hiſtoria 351
- de Hiſtoria Domus Auſtriacæ*
quædam 194 sq.
- de Hiſtoricorum methodo quæ-*
dam 158 sq.
- de Homagio hereditatis iure*
præſtando Archid. Auſtriæ
ab Ordinib. Provinciæ. 198
- Hookiana telluris hypotheſis de-*
ſenſa 153
- Flora in pictura vetere* 290
- Horatii locus illustratus* 166
- de Horologio veteris rariffimo*
281
- Hunnotum et Hungarorum*
Annales 201
- Hydrologiæ uberior expoſitio*
179. 184
- Hylas

RERUM NOTABILIORUM.

| | | | |
|----------------------------|-----|--------------------------------|-----|
| Hylas in pictura vetere | 305 | ex Iure Publico Austriaco Dis- | |
| Hypomnemata ad Theol. Pro- | | sertationes | 193 |
| pheticam | 473 | | |

K.

I.

| | | | |
|-----------------------------------|---------|------------------------------------|--------------|
| de Ideis fictitiis nonnulla | 472 | Kalii (Abrah.) de Theognide | |
| de Identitate observationes quae- | | edendo consilium | 401 |
| dam | 452 | Koehlerii (Ioh. Bernh.) in Hesio- | |
| Inscriptiones Narbonenses | | dum curae | 89 |
| | 39 sq. | Krausii (Car. Christ.) in Celsum | |
| — — — Guidon. Ferrarii, | | merita | 372 |
| et de Inscriptionibus quaedam | | | |
| generatim | 103 | L. | |
| — — — Romanas primam | | Lacunar et tholus in vetere pi- | |
| editae | 351 sq. | ctura | 328. 331 sq. |
| — — — Siculae | 388 | Lamberti de calculo universali | |
| de Insularibus Antiquitatibus | | observata | 441 |
| Epistolae | 105 | de Laribus observata quaedam | 297 |
| de Insulis novis e mari natis | 153 | de Lectis veterum observationes | 57 |
| Integratio quarundam quantita- | | Leda in pictura vetere | 88. 294 |
| tum differentialium, quae ori- | | Leibnitii quaedam observata | 441 |
| ginem habent a lineis, et ad | | Leonis sidus quid referat? | 32 |
| circulum referuntur | 361 | Libraria tabella in pictura vetere | 85 |
| de Iohanne Habsburgico quae- | | Libri veterum in pictura | 87 |
| dam | 14 | de Literis minusculis apud vete- | |
| de Iordanis aqua quaedam | 234 | res | 86 |
| Iosephus Georionides in numo | 433 | Longitudinis locorum terra ma- | |
| Iovis Satellites observati | 272 | riusque inveniendi nova metho- | |
| Iliaca sacra in pictura vetere | 84 | dis | 186 |
| de Italorum vultibus | 347 | de Lothi uxore | 235 |
| Iupiter in olivam conversus, in | | Lunae cum Sole compositio | 121 |
| pictura vetere | 294 | per Lunam quomodo longitudi- | |
| Iuno in pictura vetere | 54. 332 | nes | |
| de Iunone Lucina quaedam | 67 | Q q q 2 | |

I N D E X

| | | | |
|---|---------|--|----------|
| <i>nes locorum terra marique in-
veniri possint?</i> | 186 | <i>in Mediterraneo mari Ptole-
maeorum commercia</i> | 38 |
| Lunae <i>Eclipses observatae</i> | 271 sq. | <i>Mercurius $\chi\theta\delta\upsilon\iota\omicron\varsigma$ in pictura
vetere</i> | 296 |
| — — <i>et Endymionis fabula in
pictura vetere</i> | 287 | <i>de Mercurio observationes</i> | 266 |
| | | — — — <i>in Sole observato
Pekini</i> | 275 |
| M. | | <i>Meridianae distantiae apparen-
tes Solis a vertice</i> | 144 |
| <i>de Ant. Magliabecchio quae-
dam</i> | 433 | <i>de Mellana urbe quaedam</i> | 392 |
| <i>de Magnetico quodam experi-
mento</i> | 264 | <i>de Metallis plurimae observatio-
nes</i> | 217 |
| <i>Magni, Ducis Saxoniae, charta</i> | 119 | <i>de Meteorologia aetherea</i> | 182 |
| <i>Marchionum Badenium et
Hachbergicorum historia</i> | 376 | <i>Meteorologicae observationes</i> | 268 sq. |
| | seqq. | <i>Microscopii solaris emendatio</i> | 263 |
| <i>in Mari Rubro Ptolemaeorum
commercium</i> | 35 | <i>Minerva in pictura vetere</i> | 54 |
| <i>Maris Mortui natura et origo</i> | 229 | <i>de Mich. Molino observatio</i> | 432 |
| <i>Mariae Virgini dicati facelli in-
scriptio</i> | 105 | <i>de Monochordo observata quae-
dam</i> | 48 |
| <i>Marfyae et Apollinis certamen
depictum</i> | 63 | <i>de Montibus Glacialibus Helve-
tiae</i> | 276 |
| — — <i>pictura vetus</i> | 303 | <i>de Montium origines</i> | 153 sq. |
| <i>Mazzuchelli Comitis elogium</i> | 436 | <i>Io. Bapt. Morgagni elogium</i> | 161. 178 |
| — — — <i>musaeum numisma-
ticum</i> | 427 | <i>de Mosaica lege paradoxa</i> | 239 |
| <i>Medicarum institutionum nova
idea</i> | 161 | <i>de Muhamedis charactere</i> | 477 |
| <i>Medii aevi res Germanicae il-
lustratae</i> | 116 | | seq. |
| <i>Mediolanensis Nosocomii inscri-
ptio</i> | 104 | <i>Musarum imagines antiquae</i> | 44 |
| | | — — <i>symbola</i> | 45 |
| | | — — <i>virginitas perpetua</i> | 46 |
| | | <i>Mysteriorum Bacchicorum sum-
mus gradus, inuenta, in pi-
ctura</i> | 66 |
| | | | Nat. |

RERUM NOTABILIORUM.

| | | | |
|--|-----------------|---|---------|
| N. | | de Oraculis quaedam | 476 |
| Narbonenses inscriptiones | 39 sq. | de Ordinariatu universali Pontificis | 10 |
| Naturalis philosophiae expositio | 179 sq. 212 sq. | Orphei nomen Aegyptium | 33 |
| de Navigationibus et commerciis Ptolemaeorum | 34 | Ostionis portus in pictura | 80 |
| Naves in pictura vetere | 331 | Otto II. Grasfius, Episc. Bafilens. caedis Alberti I. Rom. Regis, particeps | 12 sq. |
| Nelleri (Georg. Christoph.) liber de statu Ecclesiae et potestate Pontif. R. | 1 | Ovidii locus illustratus | 327 |
| de Nemeli quaedam | 59 | P. | |
| — — — in pictura vetere | 294 | de Pado observationes | 171 |
| Nereides in pictura vetere | 301 | Pallas Dea, et Pallas gigas in vetere pictura | 73 sq. |
| de Nimbo, Deorum capita ambouante, et Nimbis in statuis | 51 sq. | de Blas. Pascal quaedam | 430 |
| de Nitro Plinii | 236 | de Parallaxi Solis mensura | 121 |
| de Novariae urbis nomine et conditore | 106 | Peleus in pictura vetere | 301 |
| de Numeris primis valde magnis | 250 | Penelope in vetere pictura | 291 |
| de Numis satyricis et contumeliosis | 334 | Pentapolis ubi sita fuerit? | 233 |
| Numismata Sicula illustrata | 388 sq. | Peristelides veterum | 57 |
| — — — Virorum doctrina praestantium | 427 | Perseae et Phoenices quantum artes coluerint? | 348 |
| Numus Augusti, unicus sui generis | 42 | Perfii Satyrae editae a Sebald, et tabulis aeneis incisae a Schmidio | 335 |
| O. | | — — — laudes, et desensio | 336 |
| Oceanitidae nymphae in pictura vetere | 301 | de Petafonis et Pernae discrimine | 284 |
| in Oceano Ptolemaeorum commercia | 85 | de Petrefactorum corporum origine | 153 sq. |
| | | Petropolitanae Academiae Commentarii | 241 |
| | | Petrus, primus Apostolorum | 3 |
| | | de Petro II. Bafilensium Episcopo | 16 |
| | | Q q q | de Pha- |

I N D E X

| | | | |
|--|----------------|---|----------|
| <i>de Pharo Ravennae</i> | 173 | <i>Propheticæ Theologiæ hy-</i> | |
| <i>Phryxus in pictura vetere</i> | 258 | <i>pomnemata</i> | 473 |
| <i>Physicæ dogmaticæ uberior ex-</i> | | <i>de Propositionibus universaliter</i> | |
| <i>positio</i> | 179. 212 | <i>negantibus quaedam</i> | 456 |
| <i>Phytologiæ copiosior expositio</i> | 212 | <i>Psyche in pictura vetere</i> | 322 |
| <i>Picturæ antiquæ Herculanenses</i> | | <i>de Ptolemaeorum commerciis et</i> | |
| <i>illustratæ</i> | 41 sq. 281 sq. | <i>navigacionibus</i> | 34 |
| <i>Picturæ ridiculæ veterum</i> | 333 | <i>Pygmaei in pictura vetere</i> | 332 |
| <i>Pisces in Zodiaco</i> | 33 | <i>de Pythagora observatio</i> | 50 |
| <i>Piscium variorum descriptiones</i> | | | |
| | 269 | Q | |
| <i>de Plinii nitro</i> | 236 | <i>de Quadraticis formulis</i> | 242 |
| <i>Plinius cur Celsum non appellet</i> | | <i>de Qualitate et Quantitate quæ-</i> | |
| <i>medicum?</i> | 163 | <i>dum</i> | 446 |
| <i>Pœtria citharistria in pictura</i> | | <i>Quantitatum quarundam diffe-</i> | |
| <i>vetere</i> | 305 | <i>rentialium quæ originem a li-</i> | |
| <i>Polygamia frequentissima apud</i> | | <i>ncis habent, integratio</i> | 362 |
| <i>Judæos</i> | 226 | | |
| <i>Polyhymnia Musa, in pictura</i> | | R | |
| <i>vetere</i> | 49 | <i>de Io. Racinio quaedam</i> | 432 |
| <i>de Pompeiæ Deorum observatio</i> | 65 | <i>de Ravenna urbe observatio</i> | 1511 |
| <i>de Pontificis Romani legitima</i> | | <i>de T. J. Reinhardo quaedam</i> | 431 |
| <i>et falsa potestate liber singu-</i> | | <i>de Resolutione æquationum cu-</i> | |
| <i>laris</i> | 1. sq. | <i>iusque gradus</i> | 248. 251 |
| <i>Porticus, earumque varia gene-</i> | | <i>— — — ideas in notas suas</i> | |
| <i>ra apud veteres</i> | 78 | <i>simplices</i> | 460 |
| <i>Portus in pictura vetere</i> | 79 | <i>Rhegina inscriptio, commentario</i> | |
| <i>Priapus in pictura vetere</i> | | <i>illustrata</i> | 388 |
| | 3. 1. 1. sq. | <i>de Richelio Cardinale quaedam</i> | 429 |
| <i>de Primatu in Ecclesia</i> | 3 | <i>de Robinsoni in Hærodum curis</i> | 93 |
| <i>de Progressionibus arithmeti-</i> | | <i>Romani quantum artes colue-</i> | |
| <i>cularium, quorum tangentes</i> | | <i>runt?</i> | 358 |
| <i>secundum certam legem procedunt</i> | 244 | <i>de Ros-</i> | |

RERUM NOTABILIORUM:

| | | | |
|--|---------|---|-----|
| <i>de</i> Rossaeo (Rouffeau) utroque | 434 | Scorpius in Zodiaco quid referat? | 32 |
| <i>de</i> Rudolfo Habsburgico | 15 | <i>de</i> Script. S. vaticiniis | 478 |
| <i>de</i> Rudolfo IV. Duce Austriae | 197 | Scripturae S. loca explicata et illustrata: | |
| quaedam | 197 | Genes. XXXV, 4 | 223 |
| Rudolfi varii, Marchiones Habsburgici | 385 | Exod. XXXVII, 25. | 237 |
| Rhunkenii (David.) in Hesse-dum merita | 93 | Levit. II, 13. | 237 |
| Rusticae rei scriptores illustrati | 169 | XVII, 7. | 223 |
| S. | | Num. III, 43. | 225 |
| <i>de</i> Sabbathico anno | 239 | 2 Reg. XVII, 6. | 228 |
| Sacerdotes in pictura Herculanensibus | 323 | 2 Paralip. XI, 15. | 224 |
| Sagittarius in Zodiaco quid referat? | 33 | Ies. I, 25. | 237 |
| <i>de</i> Salium variis generibus | 216 | XXXIV, 9, 10. | 232 |
| Salutare concavum, an ferri possit? | 338 | XLII, 6. | 237 |
| <i>de</i> Sapi fluvio observata | 172 | Ierem. XLVI, 25. | 34 |
| <i>de</i> Sapinia tribu | 177 | Ezech. XXI, 21. | 476 |
| Saturnus in pictura veteri | 322 | XXX, 15. | 34 |
| <i>de</i> Satyris Hebraeorum | 223 | Zephan. II, 9. | 230 |
| Satyrus in pictura veteri | 312 | Malach. III, 2. | 236 |
| Saxonia, artibus colendis illustrata | 340 | Sap. X, 7. | 232 |
| <i>de</i> Paula Scarrono quaedam | 429 sq. | Matth. I, 11 - 21. | 23 |
| <i>de</i> Io. Cosp. Schadio quaedam | 433 | III, 16. | 24 |
| Schoepflini laudes | 976 | XVI, 18. | 2 |
| Schulzium Operum Theoretici novus editor | 394 | Marc. I, 2 - 10. | 23 |
| | | Luc. VI, 10, 18. | 25 |
| | | XII, 15. | 26 |
| | | XXII, 32. | 6 |
| | | Ioh. XIV, 22. | 27 |
| | | XVI, 13. | 34 |
| | | XXI. | 2 |
| | | Rom. XI, 33. | 21 |
| | | XII, 2, 3, 17 sq. | 22 |
| | | XV, 12. | 22 |
| | | 1 Cor. XV, 16. | 159 |
| | | 1 Thess. | |

I N D E X

| | | | |
|---|-----|-------------------------------------|---------------|
| 1 <i>Theff. V.</i> , 27. | 28 | Solis <i>Eclipsis Lipsiae</i> 1764. | 271 |
| 2 <i>Theff. III.</i> , 14. | 28 | de Sortibus quaedam observata | 478 |
| <i>Judae v.</i> 7. | 232 | de Stellis binis in eodem gradu | 187 |
| Sculptura prior pictura | 353 | Longitudinis | 317 |
| Scylla in pictura vetere | 304 | Stilus in pictura vetere | 169 |
| post Septem a conceptione men- | | Strabo cum Vitruvio conciliatus | 235 |
| ses an nasci possit infans vita- | 162 | — — eius locus explicatus | 234 |
| lis et perfectus? | 78 | Sulphurea pluvia utrum Sodo- | 118 |
| Septizonium in pictura vetere | 166 | mam deleverit? | 461. 468. 469 |
| Serpentes, causa mortis Cleo- | | Sufati urbis res antiquae illustra- | 238 |
| patrae | 43 | tae | |
| SICIL. vox in numo explicata | 388 | de Syllogismorum doctrina va- | |
| Siciliae veteris rudera, a D' Or- | 31 | riae observationes Lamberti | |
| villio illustrata, edita a Bur- | 222 | de Syrorum vocalibus observata | |
| manno | 51 | ex Ephraemo | |
| de Signis Zodiaci | 204 | | |
| Sileni Graecorum an iidem cum | 395 | T. | |
| Theraphis? | 235 | Tacita Numae quid sit? | 68 |
| Silvestre Numen in pictura ve- | 231 | Taeniae vidtoribus tributae | 203 |
| tere | 108 | ex Tartarorum historia quae- | 388 |
| ex Sinenfium historia quaedam | 121 | dam | 32 |
| de Sirmondi in Theodoretum | 144 | Tauromentana inscriptio | 71 |
| meritis | 270 | Taurus in Zodiaco quid refe- | 47 |
| de Sodomae ruinis | | rat? | |
| de Sodomitico Sale | | Telamones in pictura vetere | |
| Solis <i>Eclipsis Lipsiae</i> 1764. d. 7. | | de Terpsichore Musa, eiusque | |
| April. observata | | pictura vetere | |
| — menstrua parallaxis, Senis | | Terraemotus montes producents | |
| observata | | 154 | |
| — meridianae distantiae appa- | | de Ter- | |
| rentes a vertice | | | |
| — eclipsis observata 1758. Pe- | | | |
| tropoli | | | |

RERUM NOTABILIORUM.

| | |
|--|--|
| <i>de Terra observationes pluri-</i> | <i>de Vaticiniis, eorumque diudi-</i> |
| <i>mae</i> 213 | <i>catione in genere</i> 474 |
| <i>de N. Testamenti textu graeco</i> | <i>de Vegetabili regno</i> 219 |
| <i>indagando</i> 28 | <i>Vasa antiqua varia</i> 331 |
| <i>Theodoretii Opera iterum eden-</i> | <i>de Veneno aspidum</i> 165 |
| <i>da a Schulzio</i> 394 | <i>Venus Paphia, in vetere pictu-</i> |
| <i>Theognidis nova editio a Kal-</i> | <i>ra</i> 324 sq. |
| <i>lio expectanda</i> 401 | <i>Venus in primis marina, et ar-</i> |
| <i>de Theraphis observationes non-</i> | <i>mata, in pictura vetere</i> 54. |
| <i>nullae</i> 222 | 74. 298 |
| <i>Thalia Musa, quo symbolo agno-</i> | <i>de Vicecomitum origine, prin-</i> |
| <i>scenda?</i> 47 | <i>cipatu, propagine</i> 107 |
| <i>Thebani belli heroes in gemma</i> | <i>Victoria in pictura vetere</i> 72 f. |
| 344 | 313 |
| <i>Thermopolium in pictura ve-</i> | <i>de Vinariis vasis veterum</i> 56 |
| <i>tere</i> 316 | <i>de Virgiliano sepulchro</i> 390 |
| <i>Thermometri metallici descri-</i> | <i>de Virginitate Musarum</i> 46 |
| <i>ptio</i> 261 | <i>Virgo in Zodiaco quid referat?</i> |
| <i>Thermometrorum punctis con-</i> | 32 |
| <i>stantibus gaudentium emenda-</i> | <i>Vitis utrum idem fluvius cum</i> |
| <i>tio</i> 262 | <i>Bedesi?</i> 170 |
| <i>Tholus in pictura vetere</i> | <i>Vitruvii locus quidam illustratus</i> |
| 328 sq. | 168 |
| <i>Topographicae picturae</i> 326 | <i>Ulphil. 3 verso Gothica nonnul-</i> |
| <i>de Tribuum Israeliticorum ex-</i> | <i>lorum Capitum Epist. ad Ro-</i> |
| <i>ilio</i> 226 | <i>manos in lucem edita</i> 20 |
| <i>Troglodytarum commercium</i> | <i>Ulysses in pictura vetere</i> 291 |
| <i>cum Aethiopibus</i> 36 | <i>Volumen in pictura vetere quid</i> |
| <i>de Tropaeis veterum</i> 313 | <i>indicat?</i> 68 |
| <i>de Tzerzae scholiis in Hesiodum</i> | <i>Vulcanus in pictura vetere</i> |
| 100 | 307 |
| V. | <i>de Vulneribus ex morsu aspidum</i> |
| <i>Vas quoddam in pictura vetere</i> | 164 |
| 86. 330 | R r r |
| | Io. Win- |

INDEX RER. NOTABILIORUM.

| | | |
|---------------------------------|---|-----|
| W. | <i>plurima et accuratissima</i> | |
| Jo. Winckelmanni laudes 341 | | 371 |
| Z. | <i>de Zodiaci nostri origine Aegyptia</i> | 30 |
| Zasingo - Badensis historia am- | <i>de Zonae usu apud veteres</i> | 63 |

Tabulae figurarum ex aere expressarum.

| | |
|-------------------------------------|----------|
| Tabula I. ad Mensum Iulium A. 1764. | Pag. 121 |
| II. ad Mensum Septembr. A. 1764. | 186 |
| III. ad Mensum Martium A. 1765. | 281 |

Errores operarum quidam.

Pag. 31. *lin.* 26. *pro* Zodiacum *lege* Zodiacum; pag. 48. *lin.* 16. *pro* ἐνα φόν *lege* ἐν σφόν; pag. 193. *lin.* 9. *pro* Zweyt *lege* Zweyte; pag. 342. *lin.* 11. *pro* ὑποβολιμαία *lege* ὑποβολιμαία; pag. 433. *lin.* 3. *pro* memoret *lege* memoraret.

